MASTER NEGATIVE
NO. 93-81197-15

MICROFILMED 1993

COLUMBIA UNIVERSITY LIBRARIES/NEW YORK

as part of the
"Foundations of Western Civilization Preservation Project"

Funded by the
NATIONAL ENDOWMENT FOR THE HUMANITIES

Reproductions may not be made without permission from
Columbia University Library

COPYRIGHT STATEMENT

The copyright law of the United States - Title 17, United States Code - concerns the making of photocopies or other reproductions of copyrighted material.

Under certain conditions specified in the law, libraries and archives are authorized to furnish a photocopy or other reproduction. One of these specified conditions is that the photocopy or other reproduction is not to be "used for any purpose other than private study, scholarship, or research." If a user makes a request for, or later uses, a photocopy or reproduction for purposes in excess of "fair use," that user may be liable for copyright infringement.

This institution reserves the right to refuse to accept a copy order if, in its judgement, fulfillment of the order would involve violation of the copyright law.

AUTHOR:

KEIL, KARL.

TITLE:

SPECIMEN ONOMATOLOGI GRAECI

PLACE:

LIPSIAE

DATE:

1840

Master Negative #

93-81197-15

COLUMBIA UNIVERSITY LIBRARIES
PRESERVATION DEPARTMENT

BIBLIOGRAPHIC MICROFORM TARGET

Original Material as Filmed - Existing Bibliographic Record

887
K2652

Keil, Karl, 1812-1865.

Specimen onomatologi Graeci, scripsit Carolus Keilius... Lipsiae, sumtu Reichenbachiorum, 1840.

126 p. 20½ cm.

48264

Restrictions on Use:

TECHNICAL MICROFORM DATA

FILM SIZE: 35 REDUCTION RATIO: 11x

IMAGE PLACEMENT: IA (IIA) IB IIB

DATE FILMED: 3-22-93 INITIALS Susan

FILMED BY: RESEARCH PUBLICATIONS, INC WOODBRIDGE, CT

AIIM

Association for Information and Image Management
1100 Wayne Avenue, Suite 1100
Silver Spring, Maryland 20910
301/587-8202

Centimeter

Inches

MANUFACTURED TO AIIM STANDARDS
BY APPLIED IMAGE, INC.

887 K2652

Columbia University
in the City of New York

LIBRARY

33

SPECIMEN

ONOMATOLOGI GRAECI.

SCRIPSIT

CAROLUS KEILIUS

ADIUNCTUS PORTENSIS.

LIPSIAE,

SUMTU REICHENBACHIORUM.

1840.

24-40247

887
K2652

AUGUSTO BOECKHIO

PRAECEPTORI CARISSIMO

DIEM NATALEM AGENTI

HUNC LIBELLUM

PUBLICUM PIETATIS TESTEM

D. D. D.

CAROLUS KEILIUS.

Hodierno die, quo ante hos quatuor et quinquaginta annos in lucem Tu editus es, in magno eorum me esse numero qui cum laeta gratulatione Tibi facta Deum o. m. precibus ardentissimis pie adeunt, ut diu Te Tuis, rei publicae, litteris ab humanitate dictis salvum et integrum conservare velit: minime Tu ipse, Vir honoratissime, miraberis, qui licet exigendae gratiae admodum sis incuriosus, quum fenerari beneficia non soleas, tamen quot quantisque meritis Tibi ego in perpetuum obligatus tenear non potes non optime cognitum habere. Mihi vero non est satis haec Tua beneficia meae memoriae penitus insedisse, sed iam temperare mihi nec volo nec possum, quin quibus nominibus Tu Tibi me devinxeris hoc festo die paucis exponam publice. Cuius quidem rei veniam, praesertim quum longe ab eorum me abesse perversitate scias, qui ipsi sibi plaudentes gloriolam aucupantur, Te, Vir optime, quae Tua est humanitas, mihi denegaturum non

fuisse, si antea petere a Te licuisset, non tam spero quam longi temporis usu edoctus plurimum confido. Itaque ut res meas paulo altius repetam, octavus fere annus est, ex quo relicta academia Lipsiensi, ubi inprimis G. Hermanni magistri egregii et institutione usus eram et benevolentia gavisus, ut Te et Lachmanno ducibus studiorum cursum absolverem, universitatem quae Berolini est adii celeberrimam. Habuerat vita, quam cum amicis quibusdam suavissimis earundem litterarum amore mihi coniunctis Lipsiae per aliquot annos egeram, tot iucunditates ut non sine aliquo dolore ex urbe lautissima decederem. Augebat molestiam, quod habebam neminem, qui qualis Tu, Boeckhi, esses fideliter mihi exponeret; noveram de Te nihil fere, praeter quod Te excellentis doctrinae virum esse et fama communis ferebat et scripta Tua luculenter comprobabant. Mox vero ut Te ipsum vidi et conveni non gravitatem superciliosam nec superbiam meritis quaesitam prae Te ferentem, sed singulari quadam sermonis affabilitate et comitate conspicuum, mirifice animum Tu mihi a primo statim vitae Berolinensis die fecisti. Proximo autem tempore quum Te stipatum maxima iuvenum caterva audirem docentem, ubi Tu res lectissimas et ordine dilucido expositas et insigni acumine excogitatas via et ratione tradebas, in tantam Tui abreptum me esse memini admirationem, ut sortem meam quae Berolinum me detulerat, quum simul Lachmannum tanquam alterum Lessingium in arte critica venerabundus suspicerem, ex animo mihi gratularer. Quare quum iam nihil magis curae cordique mihi esset quam ut aditum ad Te mihi pararem, nomen apud Te professus sum inter eos, qui seminarii philologici, cui Tu praees et Lachmannus, interesse volebant exercitationibus. In iis maxime Tua et humanitas et facilitas in adiuvandis et regendis studiis nostris elucescebat. Saepius non gravabaris errantes et vel Tibi liberius obloquentes, modo contumacia abesset, plus semel

leniter in viam reducere; promtissimam semper exhibebas artem docendi, quae cum eruditione admirabili erat coniuncta et interdum facetiis urbanissimis temperata. Sed quum plurima ex scholis et disputationibus Tuis, Praeceptor doctissime, didicerim, tum nescio an optimum hunc perceperim fructum quod ex illo tempore multo clarius quam antea perspectum habere mihi videor, quae sit antiquitatis cognitio tam historica quam philosopha, quibus vinculis singulae eius cognitionis partes inter se copulentur, quem ad finem summum omnis quae in litteris Graecis et Latinis ponitur opera dirigi debeat. Aliquanto post novo benevolentiae et favoris signo decoratum me Tu voluisti. Sciunt qui rei scholasticae per patriam nostram florentissimae notitiam accuratiorem habent, Berolini et in aliis quibusdam universitatibus litterariis sapienter seminaria instituta esse quae dicuntur paedagogica. Quibus qui adscripti sunt iuvenes directore viro aliquo, cuius aeque insignis est doctrina quam spectata prudentia scholastica, prima docendi stipendia merentur, ita quidem ut et in gymnasiis scholas habeant et statutis temporibus studiorum specimen proponant. Et Berolinense quidem seminarium, cuius ante plus triginta annos socius Tu per breve admodum tempus fuisti, iam per quatuor lustra cum Iohanne Schulzio, qui auspice Altensteinio viro excellentissimo artium liberalium stator factus est semper pie colendus, Tu Boeckhi moderaris sollertissime atque prodierunt ex hac Tua disciplina homines docti plurimi, qui partim in academiis docentes antiquitatis Graecae et Romanae cognitionem promovent, partim scholasticis muneribus strenue funguntur. Ego vero quum probatus essem a viris qui auctoritate regia et doctrinam explorant et docendi dexteritatem eorum qui magistri iuventutis futuri sunt, simul cum Fr. Vatero, cui iam vindiciae Rhesi Euripidei doctae et ingeniosae nomen fecerunt, a Te in illud seminarium Tuum vere anni mdcccxxxiv re-

ceptus sum. Multis de causis tum nihil habueram antiquius nec optaveram quidquam ardentius, quam ut Berolini aliquanto diutius vivere mihi liceret. Namque in dies magis intelligebam, quae commoda in omnem vitam mihi essent redundatura, si Tua, Boeckhii, consuetudine uti atque institutione, si plurima quibus refertum est caput regni cultissimi subsidia ad mentem animumque artibus et litteris expoliendum amplius conferre possem. Huius igitur voti ut compos fierem Tua solius benevolentia effectum est. Sustinebam autem ex illo quod dixi tempore hoc muneris, ut in gymnasio Ioachimico duce Meinekio, cuius viri memoriam grato amore conservo, pueros senis vel octonis scholis per hebdomadem erudirem. Praeterea unoquoque mense bis convenire seminarii sodales solebamus, ubi super libellis, in quibus ordine quodam certo a singulis de loco vel ex antiquitatis doctrina vel ex re scholastica petito expositum erat, Te praeside, in utramque partem saepe acerrime disputabatur. Nolo hic commemorare, Vir praestantissime, quanta doctrinae sponte quasi affluentis ubertate, quam acuta ingenii elegantissimi subtilitate Tu quae a nobis minus recte scripta essent aut dicta emendaveris. Quas quidem virtutes si in Te multis vellem praedicare, ineptire mihi viderer ipsi. Hoc unum dico, tantum effulsisse ex his sermonibus Tuis, qui ad familiares haud raro accedebant, animi candidi splendorem, tam aequam omnibus ibi Te tribuisse benevolentiam, ut quum et iucundissimum esset et fructuosissimum illud commercium novo semper Tui amore nos inflammaveris. Videre adhuc mihi videor nos horis vespertinis circa mensam panno viridi obtectam assidentes, quum cupide Te suspiciebamus, ut si sententiae discreparent nec conveniret inter nos, quod Tu demum laturus esses iudicium perciperemus, in quo Tuo arbitrio acquiescebamus lubentissime. Neque vero in his conventibus Tua bonitas substitit: concedebas insuper singulis ut Te quo-

tiescunque vellent adirent et de rebus suis consulerent. Eam operam quum multis Tu praestares, saepe quam prudens esses ingeniorum aestimator admirati sumus. Tu si quem natura sua ad unam aliquam litterarum antiquarum partem singulari studio ferri videbas, ut in eo genere inprimis laboraret et summa quaeque appeteret, graviter suadebas viamque promtissime monstrabas. Mihi quidem ipsi tantum tribuisti, ut me inscriptionibus Graecis opellam aliquam navare et indices in tantae amplitudinis opere necessarios conficere iusseris. Misisti etiam me aliquando ad Russum quendam nobilem, cui titulos in itinere Graeco collectos componerem et explicarem. Ita quum fieret ut saepius Te viserem, semper animum Tuum ego benignum expertus sum et vere benignum, neque eo tempore Tuam desideravi humanitatem, quo rapidissima febri conflictabar et medicis de vita mea desperantibus morti eram proximus. Illa quidem tempestate et duobus qui secuti sunt annis beneficia a Te in me collata tam firmiter animo meo infixi, ut nulla dies piam recordationem deletura sit. Sed iam tres fere praeterierant anni, quum praeter exspectationem, nam spem prius conceptam tum paene abieceram, reditus mihi ipsis Calendis Ianuariis anni MDCCCXXXVII datus est in scholam Portensem, cuius olim alumnus fueram et in qua duos institutionis Tuae viros, Neueum et Steinhartum praeceptores habueram. Quorum Steinhartus nunc collega mihi est aestimatissimus nec raro de Te communi magistro sermones inter nos conferimus dulcissimos. Berolino autem quum valedicerem non potui quin hoc apud animum gravius sentirem quam unquam, Te, Boeckhii, cum aliis quibusdam viris, ex quibus tantum C. D. Ilgenium iam pie defunctum et F. H. Duboisium nomino, tot ac tantis me cumulavisse beneficiis, ut nunquam eorum gratiam referre possem. Quapropter animum certe Tibi ostendere gratissimum semper per hoc proximum triennium, tum inprimis

quum dies Tuus natalis redibat, in votis habui. Accedit quod adhuc, etsi iam diu est ex quo adspectu et alloquio Tuo, Vir desideratissime, careo, intercedit quaedam inter nos ratio epistolarum commercio culta, quae mihi manentis benevolentiae Tuae testis est certissima. Verum quominus iam prius iustissimo desiderio satisfacerem et Tibi natalicii titulo specimen paullo amplius studii in Plutarchi scriptis positi mitterem: in hac vita Portensi, gratissima illa quidem sed quae otio ad libros conscribendos concesso non nimium abundat, obstiterunt et alia et id, quod nondum rei bene gerendae subsidia parata mihi sunt omnia. Itaque interim benevole ut soles has schedulas accipe, quas per paucarum hebdomadum ferias raptim conscripsi. In iis quum de multis Graecorum nominibus propriis agerem, simul, quod Te aegre non esse laturum confido, hic illic titulos, quibus partim lacunosis partim corruptis antea Tu manum salutarem admoveras, meo modo emendare studui.

Scis enim, Boeckhii, me nunc ipsum in componendo nominum indice versari, quae in inscriptionibus Graecis reperiuntur. In eo negotio subnatae mihi sunt notulae, quarum parti ne diutius deessem officio meo, iam nomen Tuum splendidissimum inscribere ausus sum. Olim quum maior lectionis copia accesserit et plus aliquando otii datum fuerit, doctrinam nominum propriorum, cuius fundamenta Sturzius ante quadraginta fere annos et nuper Crusius edito lexico iecerunt, condere mihi propositum est. Laetabor autem, si hoc munusculum, quod ex animo offerentis non ex ingenio et doctrina aestimatum velim, Tu, Praeceptor optime, comprobatione Tua non prorsus indignum iudicaveris. Tuum certe Tibi habe quidquid in his schedis ita a me coniectum esse censebis, ut genuinum existimari possit. Nam quum Tu huius inscriptionum studii auctor mihi exstiteris, iure Tuo eius fructum, si qui est, a me debes repetere. Iam vero diutius Te, Vir carissime, non morabor.

Faxit numen divinum ut quae hodie Tui propinqui, amici, discipuli concipiunt vota, ea rata fiant ex animi sententia. Tu favere mihi perge et persuasum habe me ad extremum spiritum Tibi fore addictissimum. Vale.

Die xxiv mens. Novembr. mdcccxxxix.

Carolus Keilius.

INDEX CAPITUM.

Pag.

CAPUT I.

Deorum nomina hominibus data 1

CAPUT II.

Nomina ab equis et equitandi arte ducta 34

CAPUT III.

Nomina quae dicuntur decurtata 52

CAPUT IV.

Nomina quaedam male suspecta 57

CAPUT V.

Nomina falso scripta vel restituta 69

CAPUT VI.

Nomina in integrum restituta 78

Pag.

CAPUT VII.

Singulares quaedam nominum origines et appellandi rationes 89

CAPUT VIII.

Nominum aliquot scriptura varia. Aliorum formae rariores 100

CAPUT IX.

Inscriptionum triga explicatur et emendatur . . . 107

CAPUT I.

Deorum nomina hominibus data.

Ἐκ Διὸς ἀρχώμεσθα.

§. 1. Ut in publica quum omnium Graecorum tum Atheniensium vita plurima fuerunt instituta, quae gentis pulchri venustique maxime in deorum cultu studiosae pietatem probant et religionem; sic in rebus privatis eiusdem reverentiae et grati animi ad deos auctores sua omnia referentis documenta neque pauca neque obscura animadvertuntur. Pertinet huc praeter alia mos ille usitatissimus, ex quo et captandi boni ominis et ostendendae observantiae causa nomina, a diis eorumque honore tam in universum ducta quam a singulis numinibus repetita, sibi imponebant. Annotavit hoc, quod similiter hodie fieri solet ab iis praesertim populis qui fidei catholicae addicti sunt, Sturzius in praefatione de nominibus Graecorum propriis quinta p. 10 et 12 sqq. et nonnullis, quae tamen plurimis augeri possunt, exemplis illustravit. Eodem de ritu praeter Lucianum pro Imagin. 27 (*καί τοι τὰ μὲν τῆς μορφῆς ἔτι μετριώτερα, εἴ τις θεῷ ἐοικέναι λέγεται· ἀλλὰ τὰς προσηγορίας αὐτὰς πόσοι ἐμιμήσαντο τὰς τῶν θεῶν, Διονύσιοι καὶ Ἡφαιστίωνες καὶ Ζήνωνες καὶ Ποσειδώνιοι καὶ Ἑρμαιοι προσαγορευόμενοι;*) et Athenaeum X. 448. E (*ἢ ἄθεα ὀνόματα οἷον Κλεώνυμος, ἢ θεοφόρα οἷον Διονύσιος καὶ τοῦτο ἤτοι ἐξ ἑνὸς θεοῦ ἢ πλεόνων, οἷον Ἑρμαφρόδιτος, ἢ ἀπὸ Διὸς ἄρχεσθαι*

Διοκλῆς ἢ Ἑρμοῦ Ἑρμόδωρος) insignis est Plutarchi locus, quem etiam a Sturzio allatum video l. l. p. 11, de oracul. defectu v. VII. 661 Reisk. *ᾧ ἕκαστος θεῷ συντέτακται καὶ παρ' οὗ δυνάμεως καὶ τιμῆς εἴληχεν, ἀπὸ τούτου φιλεῖ καλεῖσθαι· καὶ γὰρ ἡμῶν ὁ μέν τίς ἐστι Λῖος, ὁ δὲ Ἀθήναιος, ὁ δ' Ἀπολλώνιος ἢ Διονύσιος ἢ Ἕρμαιος· ἀλλ' ἔνιοι μὲν οὖν ὀρθῶς κατὰ τύχην ἐκλήθησαν, οἱ δὲ πολλοὶ μηδὲν προσηκούσας ἀλλ' ἐνηλλαγμένας ἐκτήσαντο θεῶν παρωνυμίας.* In his scripsi *Λῖος* pro Reiskiano *Λίϊος;* illud vel ex Homero notum est Iliad. XXIV. 251. *Δηΐφοβόν τε καὶ Ἱππόθοον καὶ Λῖον ἀγαυόν*, ubi fuerunt interpretes qui *ἀγαυόν* pro nomine proprio haberent, atque fuit sane nomen *Ἀγαυός* vel potius *Ἄγαυος, Ἀγαύη* (v. Schaefer. Appar. Demosth. IV. 146); sed bene scholiasta e codice Victoriano editus haec adscripsit: *Φερεκύδης τὸν Λῖον νόθον υἱὸν Πριάμου φησίν· ἔσται οὖν τὸ ἀγαυὸν ἐπίθετον.* Adde Eustath. ap. Sturz. Pherecyd. fragm. p. 196. Ruhnken. ad Vellei. Paterc. I. 7. Boeckh. C. I. Gr. n. 300. II. 1. n. 1690. 5. p. 818. a. si hoc altero loco satis certa est editoris emendatio, Lobeck. Aglaoph. p. 326 adn. Schaefer. ad Eurip. Hecub. v. 460 Porson. Idem nomen est *Λεῖος Iovius* C. I. n. 190. I. 17. n. 193. I. 18. *Λεῖα* habetur n. 1953. 6, ubi vide Boeckhium v. II. p. 49. b. Tum dedi *Ἀθήναιος* pro *Ἀθηναῖος* ad praeceptum Arcadii de accent. p. 43. 14. Id nomiuis apud Atticos homines longe est frequentissimum, etsi plerumque dubites utrum ab urbe et civibus (v. C. I. n. 406. p. 450. b.) an a dea tutelari ductum esse arbitreris, nam utraque ratio admitti potest. Ibidem de meo est *Ἕρμαιος*, quum vulgata esset *Ἑρμαῖος* ut supra *Ἀθηναῖος*, v. Arcadium p. 43. 8. Apud Lucianum l. l. id nomen inter-

pretes non tulerunt; Solanus maluit *Ἑρμεῖαι* (*Ἑρμεῖαι*), Lehmannus *Ἑρμαῖ* ab *Ἑρμᾶς;* editionis, quam nuper diligenter ad codices C. Iacobitzius curavit, conferendae copia non fuit. Sed v. C. I. n. 189. 47. n. 1126. 9. n. 1211. I. 10. n. 1573. 2. n. 1954. 1.

§. 2. Sunt autem in Plutarchi verbis complura digna, de quibus breviter exponatur. Primum etsi nunc non vacat omnes enumerare terminationes, quibus talia *θεοφόρα* nomina a diis vel heroibus repetita clauduntur, tamen afferre iuvat usitatissimas. — Eae sunt hae: *γένης, γονος, γνητος, δωρος* (Reisk. ap. Schaefer. Appar. Demosth. IV. 424) s. *ᾶς* (*Ἀρτεμίδωρος, Ἀρτεμᾶς* Sturz. praefat. III. 10), *ίων, κλῆς, κράτης, τρέφης, φάνης, φαντος, φιλος, ώνιος* s. *ώς* (*Ἀπολλώνιος, Ἀπολλώς* Act. Apostol. XVIII. 24. Maittair. dial. linguae Graec. p. 27 Sturz.), et quae erat Boeotorum si non propria, certe apud eos frequentissima, *ιχος* (v. Boeckh. C. I. v. I. p. 726. a. v. II. p. 171. b.). Sed in talibus fingendis latissime Graecorum ingenium excurrit. Ita prorsus singulare videtur esse *Κλαριεύς* C. I. n. 1591. 48 ab Apolline Clario dictum, cf. Boeckh. p. 775. b., et, si huius est loci, *Ἀπολλωνικέτης* „qui Apollini supplicat" n. 3137. 21, et *Διονυτᾶς* n. 3137. 33, *Διονυτάς* n. 3141. 54 ut *Ἀπολλάς* n. 3253, de quibus egit Boeckh. v. II. p. 705. b.

Deinde vero reputare debemus, accidisse procul dubio in his quoque nominibus, quod in aliis saepissime usu venit, ut interdum ea non statim hominibus quum nati essent darentur, sed multo post mutata vitae condicione vel in memoriam eventus memorabilis imponerentur, abolitis nominibus antiquis, adeo ut iam novum nomen cum novo rerum statu conveniret. Cf. Hadr. Iunius Animadversor. I. 15. p. 49. Mercer. ad Aristaenet. I. 19. p. 504

Boisson. Valckenaer. ad Herodot. IV. 149, Nitzsch. ind. lect. Kilon. per sem. hib. 1833 in Iahnii Tabul. Philol. IV. I. 43. Athen. XIII. 576. B. Inter veteres eo de more Nicanor videtur egisse *ὁ περὶ μετονομασιῶν γεγραφώς*, Sturz. praef. III. 12. Ita puto interdum medicos, ab Aesculapio vel a sanando (*Ἰάσων*, *Παιάκιος* Aristaenet. I. 13) denominatos, id nomen postea demum, quum artem medicam profiterentur sibi sumsisse, v. Tzetz. Chiliad. XII. 637 sqq., quamquam non ignoro medicos in Graecia ab antiquissimis inde temporibus quasi collegia constituisse, in quibus ars fere hereditario iure traderetur, v. Boettiger. Archaeolog. der Malerei p. 135, kleine deutsche Schrift. v. Sillig I. 119. 122. Odofr. Mueller. Dor. v. I. 104. Osann. Syll. Inscript. p. 366. Kuehnii programmatis de medicis Graecis uti non licuit.

§. 3. Insuper vero qui multa diligenter et docte composuit Sturzius omisit, quod sciam, nonnulla, quae apprime huc faciant. „Quod sciam“ scripsi non sine causa, quum quae singillatim prodierunt Gerac et Grimmae a. 1799—1804 septem viri doctissimi praefationes mihi praesto sint: opuscula, in quibus illae et fortasse plures repetitae sunt, oculis non usurpavi. Ita poterat commemorari, Graecos ubi peregrinum aliquod numen in veterum deorum suorum numerum recepissent eiusque sacra impensius curare coepissent, quod in primis ab Atheniensibus saepius factum esse iam Strabo notavit X. 3. v. II. 364 Tauchn., frequenter nomina ab illo ducta sibi dedisse. Ad hanc consuetudinem composita refero, quae a nomine *Μήτηρ* incipiunt ut *Μητροδώρα* C. I. n. 546. a. n. 974. *Μητρόδωρος*, *Μητροκλῆς*, *Μητροκλείδης* (n. 193. I. 33) *Μητροφῶν*. Nam Magnae Matris religionem aliquando

apud Athenienses sanctissimam fuisse satis constat, v. Th. Bergk. Comment. de reliquiis comoed. Atticae antiquae p. 110. Item hinc Boeckhius explicavit nomen *Εἰσίων*, n. 1184. 3 p. 591. b., sive *Ἰσίων* n. 2248. et teste etiam Glumio de Euripidis Alcestide, Berolini 1836, p. 17 nomen multo usu tritum *Εἰσίδοτος* (n. 163. 2. p. 290. a. n. 186. 13. 14. n. 190. II. 22. 23. 30. n. 193. II. 17. n. 191. I. 22. II. 38. n. 192. 48. n. 193. I. 38. 39. n. 266. 44. II. 20. n. 272. I. 18. n. 276. IV. 14. 24. n. 277. 9. 25. n. 284. I. 36. II. 17. n. 285. I. 11) sive *Ἰσίδοτος* (n. 187. I. 9. n. 196. b. I. 19. n. 265. 18. n. 270. II. 7. 27. n. 275. I. 26. II. 20. 28. n. 284. I. 20. II. 39., quos locos partim ante me G. Dindorfius congessit, v. Glum. p. 16). Manifesto ea cum Iside cohaerent et eiusdem sunt originis *Εἰσιδότη* (n. 1598. 2.) s. *Ἰσιδότη* (n. 720. 1. n. 920.), *Εἰσιγένης*, quocum conferas *Διογένης*, *Ἑρμογένης* (n. 268. 26. II. 2. n. 304. 8. n. 307. 10.) s. *Ἰσιγένης* (n. 172. III. 46. n. 273. 10. n. 652. 1.) *Ἰσίγονος* ap. Tzetz. Chiliad. XVIII. 469. Voss. de Historicis Graecis p. 460 Westerm.; porro *Ἰσιδώρα* n. 721. 1. n. 795. 1., *Εἰσίδωρος* (n. 266. 19. n. 268. 13. n. 272. II. 22. n. 275. II. 10. n. 276. III. 25. n. 282. 10. n. 285. I. 17. n. 304. 3. n. 307. 9. n. 308. I. 4. n. 547. n. 1083. 7. n. 1211. II. 15) s. *Ἰσίδωρος* n. 187. II. 11. n. 196. b. II. 5. n. 275. I. 62. n. 278. I. 7. n. 284. II. 40. n. 303. 9. n. 668. 2. n. 719. 2. Suspectum mihi est n. 187. I. 1. nomen *Ἰσόδωρος*, quod iam Boeckhius notavit, infra §. 43. ego corrigam. Nec minus videtur laborare n. 276. I. 17. *Σεραπίων Ἰσοφίλου*, exspectabas *Ἰσιφίλου*, v. Boeckh. p. 385. b. quemadmodum est n. 2204 *Σαραπίων Ἰσιδώρου*.

Ceterum pleraeque omnes quas attuli inscriptiones aetatis sunt recentioris. Nam sero ut Romae (v. Boettiger. kl. d. Schr. III. 247.) ita in Graecia Isis coli coepta est. Cf. Wesseling. ad Diodor. Sicul. I. 29. v. IV. 50. L. Dindorf. Boeckh. C. I. I. p. 471. a. b. p. 591. b. p. 593. b. titul. n. 1633. 3. n. 1729. 2. n. 1800. 2. n. 2174. 3 coll. v. I. p. 575. n. 2230. 6. n. 2293. 5. n. 2294. 1. n. 2295. 5. n. 2297. 12. n. 2298. 4. n. 2300. 1. n. 2302. 5. n. 2303. 2. n. 2304. 1. n. 2305. 1.

Pariter cultus Serapidis, a quo dicti sunt *Σαραπίων* n. 477. 5. n. 709. 2. *Σαραπία* n. 1211. IV. 21. *Σεραπιακός* n. 284. III. 18. *Σεραπιάς* n. 1732. b. 14. 26. *Σεράπιος* n. 278. I. b. 9. *Σεραπίων* n. 271. 1. n. 425. 11. n. 276. I. 17. n. 300. I. 8. n. 488. n. 196. b. I. 23. n. 1000. 2. n. 1126. 8. n. 1586. 13., Ptolemaeorum demum aetate per Graeciam propagatus est, v. Boeckh. v. I. p. 783. b. Bernhardy Dionys. Perieg. vol. II. p. 580. Nec minore iure afferri hic possunt *Βενδιδώρα* n. 496. 1 et *Βενδίδωρος* n. 2034. 1. De Bendidis religione apud Athenienses exposuerunt Boeckhius C. I. v. I. p. 251. b. p. 252. a. n. 157. 23. Bergk. l. l. p. 76 sqq. Add. Lobeck. Aglaoph. p. 545 adn.

§. 4. Verum haec satis sunt aperta; difficilius est ad quaestionem respondere, num ipsorum deorum nomina a Graecis vulgo assumta sint. Alienum est ab hoc loco quod Apollodorus tradidit I. 7. 4. 1. *Ἀλκυόνην Κῆυξ ἔγημεν· — οὗτοι δὲ δι' ὑπερηφάνειαν ἀπώλοντο· ὁ μὲν γὰρ τὴν γυναῖκα ἔλεγεν Ἥραν, ἡ δὲ τὸν ἄνδρα Δία.* Heynius Observ. p. 41—2 scite monuit, has appellationes videri posse etiam blandientium fuisse. Nam ita mariti apud Romanos uxores dilectas *Iunones* nuncupabant, v.

Plaut. Casin. II. 3. 14. Bacchid. II. 2. 39; illae viros *Ioves*, Casin. l. l. A quo more non multum recedit Horatianum illud Satir. I. 2. 125 „Haec ubi supposuit dextro corpus mihi laevum, Ilia et Egeria est, do nomen quodlibet illi," vel quod indignabundus Aristophanes Pluto v. 302 *Κίρκην* dixit pro Laide Corinthia (v. Scholiast.) et Anaxilas ap. Athenaeum XIII. 558. C. Naunium *Σκύλλαν*, Phrynen *Χάρυβδιν*, Theanonem *Σειρῆνα ἀποτετιλμένην*, omnem meretricem *Σφίγγα Θηβαίαν*. Porro alius generis ii sunt loci, quibus quis a poeta comico ioci causa dei nomine insignitur. Quod in Periclem cadit a multis *Olympium* dictum, de cuius cognominationis origine, quae eadem postea Hadriano Imperatori longe aliam ob causam per imperium Romanum tributa est (v. Spanhem. de praestantia et usu numism. antiquor. v. II. 498 et titulos, ut aliquot ex plurimis afferam, C. I. n. 321—329. n. 331. n. 333. n. 335. n. 336. n. 338. n. 339. n. 340 et I. Marquardt Cyzicus und sein Gebiet, Berol. 1836, p. 85. 154), Plutarchus complures sententias exposuit vit. c. VIII. ubi v. C. Sintenis. p. 93—94. Idem scriptor c. III. haec retulit: (*Κρατῖνος*) *ἐν Νεμέσει·*

Μόλ' ὦ Ζεῦ ξένιε καὶ κάριε sive *καραιέ.*

Ita scribendum erat ex codd. Parisin. n. 1671. 1673. 1676; vulgo editur *μακάριε* obscuratis poetae lepidissimi facetiis, qui procul dubio *προμήκη κεφαλὴν καὶ ἀσύμμετρον* summi demagogi sale suo perfricare voluit. *Ζεὺς κάριος* s. *καραιός* proprie dictus est a summis montium, in quibus colebatur; poeta epitheton perite in usum suum convertit. Cf. Hesychium: *Καραιός· Ζεὺς παρὰ Βοιωτοῖς οὕτω προσαγορεύεται, ὡς μέν τινές φασι διὰ τὸ ὑψηλὸς εἶναι, ἀπὸ τοῦ κάρα.* Phot. lex. *Κάριος Ζεύς·*

ἐν Θεσσαλίᾳ καὶ Βοιωτίᾳ. Herodot. I. 171. V. 66. Stephan. Byz. Καρία. Runkel Cratini fragm. p. 34. Welcker Trilog. Aeschyl. p. 136. not. 190. Corporis autem deformitas saepissime veteribus irridendi materiam praebebat, cuius moris causam bene Bergkius significavit l. l. p. 348. cf. Cicer. de Orat. II. 59. §. 239. Capitis abnormitas pariter in Socrate notabatur, quem Σειληνόν appellavit Alcibiades ap. Platon. Conviv. XXXII. Alia vide ap. Sturzium praef. VI. 16 sq. et de Romanis Spanhem. l. l. II. 60 qui Capitones, Chilones, quod a Graecis repetitum est, Nasones, alios composuit.

Sed, ut redeam unde progressus sum, consimili qua Pericles ratione, Aspasia a Cratino Ἥρα est dicta teste Plutarcho c. XXIV:

> Ἥραν τέ οἱ Ἀσπασίαν τίκτει Καταπυγοσύνη
> παλλακὴν κυνώπιδα

in quibus recepi praeclaram emendationem, in quam simul Emperius (Iahn. Annal. 1837. XX. 3. p. 245) et Bergkius, *felicissimus coniector* (Meinek. praef. ad Theocr. IV.) l. l. p. 238 inciderunt. Edebatur καταπυγοσύνην, quod Sintenisium servasse, quum quod melius est repertum sit, sane miror.

§. 5. Aditum nobis paravimus et propius accessimus ad rem ipsam, de qua sumus acturi. Etenim qua copulatione duorum nominum, dei et hominis, per iocum Cratinus usus est, ea post serio coepit usurpari, ita ut exempli gratia quae Λάμια (non Λαμία v. Meinek. Menandr. p. 145) nuncupata est cognomine Ἀφροδίτη, tamquam nova dea Ἀφροδίτη Λάμια templo honorata sit.

Paulo tamen altius est ordiendum. Norunt vel pueri, Alexandrum Magnum Iove Ammone natum se esse famam

sparsisse (v. Arrian. III. 3. 2. IV. 9. 9. VII. 8. 3. 29. 3.), id quod tamquam διοτρεφὴς βασιλεὺς Homericus (v. Iacob. Quaest. Epic. p. 10) et Persarum imitatus morem (cf. Blomfield. glossar. ad Aeschyli Pers. v. 162. Brisson. de regio Pers. principatu I. XIV) admodum callide (Eckhel. D. N. V. VII. 174. a) instituit, σόφισμα ἐς τοὺς ὑπηκόους τοῦ σεμνοῦ ἕνεκα. Idem rex auctore Ephippo non solum in convivio sacris indutus erat vestibus (τὰς ἱερὰς ἐσθῆτας ἐφόρει, v. Argum. orat. in Aristogiton. I. Corp. Inscr. n. 155. 7. 37. 42), sed etiam ὁτὲ μὲν τὴν τοῦ Ἄμμωνος πορφυρίδα καὶ περισχιδεῖς καὶ κέρατα καθάπερ ὁ θεός, ὁτὲ δὲ καὶ τῆς Ἀρτέμιδος, ἣν καὶ ἐπὶ τοῦ ἅρματος ἐφόρει πολλάκις, ἔχων τὴν Περσικὴν στολὴν, ὑποφαίνων ἄνωθεν τῶν ὤμων τό τε τόξον καὶ τὴν σιβύνην· ἐνίοτε δὲ καὶ τὴν τοῦ Ἑρμοῦ Athen. XII. 537. E. ibid. F: πολλάκις δὲ καὶ λεοντῆν καὶ ῥόπαλον ὥσπερ ὁ Ἡρακλῆς. Alexandri autem exemplum et sua sponte ipsi secuti sunt eius successores et longius progressa est in iis exornandis turpissima hominum Graecorum adulatio. Ita iam Demetrius Poliorcetes, quum ad urbem appulisset, tamquam μόνος θεὸς ἀληθινός — ἐκ Ποσειδῶνος καὶ Ἀφροδίτης ab Atheniensibus salutatus est, cf. Athen. VI. 253. C. Mox complures Aegypti (v. C. I. n. 2615. 1. n. 2616. 1. n. 2618. 2) Syriaeque reges, ut Antiochus IV Epiphanes (Eckhel, III. 224) θεοῦ, θεοῦ σωτῆρος cognomen sibi arrogaverunt, v. Spanhem. I. 426. Eckhel. IV. 461. a. Neque in regibus adulatores se continuerunt: est θεὸς etiam Λυκοῦργος in titulo Spartano, qui legislator videtur intelligendus esse; sed nec is antiquae divinitatis fuerit.

Tum transiit mos ille ad Romanos, qui Imperatores

fato functos (Eckhel. VI. 270. Boeckh. C. I. v. I. p. 567. b. p. 589. a. p. 643. b) numinibus solebant adscribere et *deos* appellare. Multi quae hanc sollemnitatem illustrant composuerunt; laudo praeter Schoepflini qui ad manus est tractatum historicum de apotheosi sive consecratione Imperatorum Romanorum, Argentorati MDCCXXX. in 4. p. 114, Spanhem. II. 489. Eckhel. VIII. c. XIII. p. 456, Boettigerum Ideen zur Kunstmythologie II. 44 sqq. Atque eius ritus et apud scriptores et in lapidibus, quos dicunt, litteratis et in numis tot supersunt documenta, ut singula hic conferre nihil opus sit.

§. 6. Neque tamen reges et imperatores satis habuerunt deorum nomine in universum se insignivisse. Sed, quod iam in Alexandro vidimus, certorum quorundam numinum singuli et similitudinem et nomina affectabant, nec id una ratione. Fuerunt qui iuniores illos deos (*νέους*) se credi vellent, qualem designationem prius Cratinus quodammodo instituit, qui Aspasiam apud Plutarch. Pericle XXIV (ubi v. Sintenis. p. 80) *Ὀμφάλην νέαν καὶ Δηϊάνειραν* dixit. Nec dissimile quod vitarum scriptor Chaeronensis retulit Solon. c. XII. *διὸ καὶ παῖδα νύμφης ὄνομα Βάλτης καὶ Κούρητα νέον αὐτὸν (Ἐπιμενίδην) οἱ τότε ἄνθρωποι προσηγόρευον*, et quod Lucianus scripsit Alex. XLIII. *εἰπὲ γάρ μοι ἔφη, ὦ δέσποτα Γλύκων, τίς εἶ; Ἐγώ, ἦδ' ὅς, Ἀσκληπιὸς νέος. Ἄλλος παρ' ἐκεῖνον τὸν πρότερον ἢ πῶς λέγεις; Οὐ θέμις ἀκοῦσαί σε τοῦτό γε.* Ita igitur Mithridates Magnus Athenis ab artificibus scenicis, quod hominum genus iam antiquitus non sine causa male audiebat (v. Grysar de Graecorum tragoedia qualis fuit circum tempora Demosthenis, Coloniae MDCCCXXX p. 33 sq. L. Gelbke de causis infamiae qua

scenicos Romani notabant, Lips. 1835) *νέος Διόνυσος* nominatus est, v. Athenaeum V. 212. D., atque idem *Διόνυσος* vocatur in tit. n. 2277. b. 1. ad quem cf. Boeckh. v. II. p. 231. b. p. 232. b. et vol. I. p. 417. b. Huius autem imitationis Dionysii vel antea Antigonus (Herodian. I. 6.) et Antiochus Epiphanes VI (Spanhem. I. 433) auctores exstiterant. Ita Cleopatra (Plutarch. Anton. LIV) *ἐξιοῦσα στολὴν ἑτέραν ἱερὰν Ἴσιδος ἐλάμβανε καὶ νέα Ἶσις ἐχρημάτιζεν*, Antonius autem (Plutarch. c. LX) *προσῳκείου ἑαυτὸν Ἡρακλεῖ κατὰ γένος καὶ Διονύσῳ κατὰ τὸν τοῦ βίου ζῆλον — Διόνυσος νέος προσαγορευόμενος.* Vide Hadr. Iunium Animadv. V. 1. Welcker. Nachtrag zur aeschyl. Tril. p. 196.

Frequentissime postea Imperatores Romani *novi Iovis*, *Martis*, *Liberi* appellationibus honorati eorumque deorum in habitu statuis repraesentati sunt; uxores autem *novae Iunonis*, *Cereris*, *Veneris*, *Dianae*, *Vestae;* v. Cuper. Apoth. Homeri p. 285. Ruhnken. ad Vell. Paterc. II. 82. Boettiger. Ideen zur Kunstmythol. II. 189. II. 319. C. I. n. 311. 2. *Γάϊον Καίσαρα νέον Ἄρη;* n. 435. I. 6. *τῆς νεωτέρας θεοῦ* Sabinae Hadriani p. 458. b. n. 1073. 1. p. 566. b. n. 2815; *νέα Δημήτηρ* dicta est etiam Iulia Domna C. I. I. p. 458. b et Faustina ib. N. 349. 6. habes *Ἀντωνεῖνον Σεβαστὸν Εὐσεβῆ νέον Διόνυσον* p. 417. b, n. 1316. 3. *θεοῖς Ὀλυμπίοις νέοις Διοσκούροις* p. 645. b.

§. 7. Alii divinitatis simulatores eo maluerunt modo appellari, quo Aspasiam a Cratino dictam esse supra §. 5. commemoravi, estque etiam haec superbia imperatorum aetate, qua grassari coepit, antiquior. Notae sunt *Ἀφροδίτη Λάμια*, *Ἀφροδίτη Βελιστίχη*, *Φίλα Ἀφροδίτη*, de quibus Winckelmannus disseruit ad Plutarchi Amator. c. IX.

Adde C. I. n. 507. *Φίλη* (?) — *Ἀφροδίτῃ* cum lemmate et adnotatis et p. 476. a. n. 508. *Πυθονίκης Ἀφροδίτης ἱερεύς* cum Boeckhii illustratione p. 476. a—b. *Στρατονικὶς Ἀφροδίτη* est n. 3137. 12. 70. 83. vol. II. p. 699. a. n. 3156. 3. cf. Spanhem. I. 433. Etiam plures tales dii deaeque ex Romanis antiquitatibus suppetunt. Commemoro tantum n. 1775. *Ἰουλίας Ἥρας Σεβαστῆς* p. 865. b. *Λιβίαν Ἥραν, Ἰουλίαν Ἀφροδίτην* (Cuper. Apoth. Hom. p. 208. Schoepflin. p. 90. Spanhem. II. 274. Rasche Lex. Numism. v. Deus, Eckhel. VIII. 459), *Ποππαίαν Ἥραν* (Spanhem. II. 283), *Νέρωνα Ἀπόλλωνα, Ἀδριανὸν Ἡρακλῆ Ῥωμαῖον, Κόμμοδον Ἡρακλῆ* (Spanhem. II. 492. Marquardt Cyzic. p. 87. Athen. XII. 537. F.).

§. 8. Iam vero quaeritur, num quod regum et imperatorum fastus sibi sumpsit, idem privati homines arrogantia quadam inflati vel studio ducti propius ad divinitatem accedendi sibi permiserint et ita quidem, ut infantulis ipsorum deorum nomina imponerent.

Ego ut in hanc rem inquirerem, annus fere est ex quo titulis quibusdam in Boeckhii Corp. Inscr. Gr. commotus sum, quos locos infra recensebo. Alium quemquam in eodem argumento explicando ante me versatum esse ignorabam, praeter quod per amicum vir quidam doctissimus ex me quaesierat, num quis *Διόνυσος*, si recte memini, homo in Graecis inscriptionibus reperiretur. Nunc ipsum, quum haec scribebam, ex Spanhemii opere I. 435. intellexi, iam olim homines eruditos eidem quaestioni solvendae operam impendisse. „Ut mittam“ Spanhemii sunt verba postquam *ΛΙΒΙΑΝ ΗΡΑΝ* et alia eiusdem generis attulit „frequentia in lapidibus veterum petita a Diis Deabusque *Mercurii*, *Saturni*, *Phoebi*, *Dianae*, *Palladis*,

aliaque id genus nomina: aut Cypriae cuiusdam Reginae, quam *Λητώ* seu *Latonam* dictam commemorat Lucianus [pro Imaginibus XXVII *Λητὼ δὲ γυνή τις ἐγένετο τοῦ Κυπρίων βασιλέως, καὶ ὅμως οὐκ ἠγανάκτησεν ἡ θεός, δυναμένη λίθον αὐτὴν ὥσπερ τὴν Νιόβην ἀπεργάσασθαι*]. Unde equidem liquet, incautius alicubi adseruisse magnum Salmasium, apud Graecos pauca, immo nulla nomina extare, quae sola solidaque dei aut deae appellatione censerentur: nullos enim dictos *Apollines*, *Iunones*, *Veneres*, *Tychen* seu *Fortunam*, sed immutatis nominibus *Apollodoros*, *Herodoros*, *Aphrodisias*, [*Aphrodisios*], *Eutychios* etc. Quae certe cum loco supra indicato sui saeculi eruditissimus Clemens tum copiosa monumentorum veterum suppellex nimium refelluunt. — Immo sicut hominibus deorum ita diis quoque ac deabus indita virorum et mulierum cognomina, ut *Iovis Agamemnonis* Spartae“ [de quo v. Cuper. Apoth. Hom. p. 17. Boeckh. C. I. I. p. 658. b. Bachmann. ad Lycophr. Alex. v. 335. p. 82]. Clementis autem Protrept. p. 16. 19. Sylburg. haec est disputatio: *ἐντεῦθεν οἶμαι κινηθέντες οἱ βασιλεῖς οἱ παλαιοὶ, καταφρονοῦντες τῶν μύθων τούτων, ἀνέδην διὰ τὸ ἐξ ἀνθρώπων ἀκίνδυνον, σφᾶς αὐτοὺς θεοὺς ἀνηγόρευον· ταύτῃ κἀκείνους διὰ τὴν δόξαν ἀπηθανατίσθαι διδάσκοντες. Κῆυξ μὲν Αἰόλου Ζεὺς ὑπὸ τῆς Ἀλκυόνης τῆς γυναικός· Ἀλκυόνη δὲ αὖθις ὑπὸ τοῦ ἀνδρὸς Ἥρα προσαγορευομένη. Πτολεμαῖος δὲ ὁ τέταρτος Διόνυσος ἐκαλεῖτο, καὶ Μιθριδάτης ὁ Ποντικὸς καὶ αὐτός· ἐβούλετο δὲ καὶ Ἀλέξανδρος Ἄμμωνος υἱὸς εἶναι δοκεῖν καὶ κεραυφόρος ἀναπλάττεσθαι πρὸς τῶν ἀγαλματοποιῶν, τὸ καλὸν ἀνθρώπου ὑβρίσαι σπεύδων κέρατι· καὶ οὔτι γε βασιλεῖς μόνον ἀλλὰ καὶ ἰδιῶται θείαις προσηγορίαις*

σφᾶς αὐτοὺς ἐσέμνυνον· ὡς Μενεκράτης ὁ ἰατρὸς, Ζεὺς οὗτος ἐπικεκλημένος. τί με δεῖ καταλέγειν Ἀλέξαρχον; γραμματικὸς οὗτος τὴν ἐπιστήμην γεγονώς, ὡς ἱστορεῖ Ἄριστος ὁ Σαλαμίνιος, αὐτὸν κατεσχημάτιζεν εἰς Ἴλιον. τί δεῖ καὶ Νικαγόρου μεμνῆσθαι; Ζελείτης τὸ γένος ἦν κατὰ τοὺς Ἀλεξάνδρου γεγονὼς χρόνους. Ἑρμῆς προσηγορεύετο ὁ Νικαγόρας καὶ τῇ στολῇ τοῦ Ἑρμοῦ ἐκέχρητο, ὡς αὐτὸς μαρτυρεῖ· ὅπου γε καὶ ὅλα ἔθνη καὶ πόλεις αὔτανδροι, κολακείαν ὑποδυόμεναι, ἐξευτελίζουσι τοὺς μύθους περὶ τῶν θεῶν, ἰσοθέους ἄνθρωποι κατασχηματίζοντες ἑαυτοὺς, ὑπὸ δόξης πεφυσημένοι, ἐπιψηφιζόμενοι τιμὰς ἑαυτοῖς ὑπερόγκους· νῦν μὲν Μακεδόνα τὸν ἐκ Πέλλης τὸν Ἀμύντορος Φίλιππον, ἐν Κυνοσάργει νομοθετοῦντες προσκυνεῖν, τὸν τὴν κλεῖν κατεαγότα καὶ τὸ σκέλος πεπηρωμένον, ὃς ἐξεκόπη τὸν ὀφθαλμόν. αὖθις δὲ τὸν Δημήτριον, θεὸν καὶ αὐτὸν ἀναγορεύοντες· καὶ ἔνθα μὲν ἀπέβη τοῦ ἵππου Ἀθήναζε εἰσιὼν καταβάτου ἱερόν ἐστι Δημητρίου· βωμοὶ δὲ πανταχοῦ καὶ γάμος ὑπὸ Ἀθηναίων αὐτῷ ὁ τῆς Ἀθηνᾶς ἠὐτρεπίζετο. ὁ δὲ τὴν μὲν θεὸν ὑπερηφάνει τὸ ἄγαλμα γῆμαι μὴ δυνάμενος.

Nihilominus operae in hac re positae me non poenitet; nam, nisi fallor, ea, quae ipse collegi ex inscriptionibus potissimum, iusto ordine plene proposita, materiem clarius poterunt illustrare et certius confirmare, quam quae in universum, nullo hominum et nominum observato discrimine, breviter Spanhemius disputavit.

§. 9. Antiquitus, id est quum Graeci sui adhuc essent iuris nec praepotentes Macedonum reges eorum rebus se immiscerent, vix a quoquam sanae mentis homine deorum nomina affectata esse puto. Potius quemadmodum vetu-

stissimi quique poetae deos propria uti lingua fingebant, cuius linguae vocabula servata habemus nonnulla (v. Heindorf. Platon. v. I. 268. Lobeck. Aglaopham. p. 885, Goettling. ad Hesiodi Theogon. v. 831. Idem in Berlin. Jahrbuech. für wissensch. Kritik 1830. p. 304. Hermann. Opusc. VI. 187), ut vel hac ratione coelicolae a mortalibus seiuncti crederentur: ita nec iis hominibus, qui divinitatem erant adepti, pristina nomina permanserunt, sed nova iis sunt tributa more constanti, v. H. Iunium Animadv. I. 15. p. 48. Cuper. Apoth. Hom. p. 17, Wesseling. ad Diod. Sicul. I. 271. 99. vol. IV. 357. Postea autem, ubi exantlato bello Peloponnesiaco philosophorum et sophistarum atque etiam poetarum studiis prisca illa deorum religio et fides simplex apud multos aut incredulitati aut novis superstitionibus cesserat, moresque in peius quotidie ruebant, cum diis ipsis eorum nomina videntur minus sancta habita esse. Lege tamen nec prius vetitum fuisse, quominus ea usurparentur, nimirum quod nemini in mentem veniebat hoc fieri posse, ex silentio, ut aiunt, scriptorum potest colligi. Contra obscura est apud infimae aetatis scriptorem memoria, in heroibus aliter habuisse. Qua de causa priusquam ad deos progrediamur, de illis videamus. Heroum nomina homines sibi tribuisse plurima exempla demonstrant. Ita unus ex Periclis filiis *Πάραλος* fuit dictus (Plutarch. vit. XXXVI), cognominis heroi de quo egit Meursius Lect. Att. II. 7. Alius est apud Platonem Apolog. §. 22 Demodoci fil. cf. Engelhardt p. 205. Quodsi Suidas v. *Περικλῆς* v. II. 2. p. 211. a. 19 Bernh. annotavit: *ὃν (Πάραλον) παρὰ τὰ πάτρια ὠνόμασεν, ἥρως ἐπιθεὶς ὄνομα, οὐκ ἐξόν*· nescio quam vere hoc dictum sit, quamquam ita olim fuisse sancitum,

in tanta multitudine criminum, quibus quis religionem violasse putabatur ab Atheniensibus (v. Der attische Process von Meier und Schoemann p. 300 sqq.), non est improbabile. Adde Athenaei locum argumenti non dissimilis XIII. 587. C *περὶ ἧς (Νεμεάδος) ἄξιον θαυμάζειν, πῶς περιεῖδον Ἀθηναῖοι οὕτω προσαγορευομένην τὴν πόρνην πανηγύρεως ἐνδοξοτάτης ὀνόματι κεχρημένην· κεκώλυτο γὰρ τὰ τοιαῦτα τίθεσθαι ὀνόματα οὐ μόνον ταῖς ἑταιρούσαις ἀλλὰ καὶ ταῖς ἄλλαις δούλαις, ὥς φησι Πολέμων ἐν τοῖς περὶ ἀκροπόλεως·* et Gellium N. A. IX. 2. „Maiores mei, Athenienses, (Herodes inquit Atticus) nomina iuvenum fortissimorum Harmodii et Aristogitonis, qui libertatis reciperandae gratia Hippiam tyrannum interficere adorsi erant, ne unquam servis induere liceret, decreto publico sanxerunt: quoniam nefas ducerent, nomina libertati patriae devota servili contagio pollui.“

Verum homines Attici certe non admodum religiose illa, si qua fuit unquam, lege se teneri passi sunt; namque iidem aliorum quoque heroum a se cultorum nomina sibi imponebant. Ita est *Ἀκάδημος*, de quo heroe vid. Wachsmuth Hellen. Alterth. II. 2. 144, in tit. n. 115. III. 38. *Πανθίων* n. 284. III. c. 32. *Ἀντίοχος* n. 190. I. 27. n. 193. I. 25. n. 194. II. 17. 23. n. 196. b. II. 11. 22. n. 200. 3. al. Nec paucos *Λύκος* heros (Meurs. Lect. Att. III. 9.) cognomines habebat, cf. n. 91. 2. n. 300. II. 10. n. 303. II. 15. n. 1364. a. 12, Thrasybuli patrem, alios multos. Ita *Βούτης* heros auctor colebatur gentis Eteobutadarum, sed eius etiam sacerdos *Βούτης* dictus videtur (v. Boeckh. C. J. p. 466. ad n. 468.) quod idem in Buzyge observatum est, cf. Boeckh. ad n. 491. p. 473. b. Lobeck. Aglaoph. p. 982. Boettiger. Ideen zur Kunstmyth.

II. 265. Omnino tantum abest, ut haec heroum nomina Graeci vitaverint, ut in deliciis habuisse videantur. Ex multis pauca addam. *Ἡρακλῆς* praeter puerum stirpsi, regiae Alexandri et Barsines filium (Diodor. Sicul. XX. 28. Lycophr. Alex. 801. Freinshem. ad Curt. X. 6. 11.) saepius etiam ignobilis aliquis appellatus est. Cf. Ptolem. Hephaest. ap. Phot. bibl. c. 190 p. 148. b. 38 Bekk. *ὡς Ἰβύκου τοῦ μελοποιοῦ θεράπων, τοὔνομα Ἡρακλῆς, ζῶν ἐκαύθη.* ib. p. 151. a. 20. *ὡς Διόγνητος ὁ Κρής, ὁ πύκτης, νικήσας οὐ λάβοι τὸν στέφανον ἀλλὰ καὶ ἐλαθείη ὑπὸ Ἠλείων, διότι ὁ νικηθεὶς καὶ ἀναιρεθεὶς ὑπ' αὐτοῦ Ἡρακλῆς ἐκαλεῖτο ὁμωνυμῶν τῷ ἥρωι.* Etymol. Magn. p. 284. 53. *Ἡρακλῆς δὲ ἐν τῷ περὶ τοῦ χρὴ καὶ δεῖ σχηματίζει κ. τ. λ.* ubi tamen Sylburgius *Ἡρακλείδης* legendum esse arbitratus est. Nec offensione caret quod C. I. n. 1665. 1. editum est: *Ἡρακλῆ χαῖρε*, quum in lapide exstet

ΗΡΑΚΛΕ
ΧΑΙΡΕ

nam nomen a dextra truncatum videtur. Ex Latinis Herculem vide ap. Gruter. DCLXXXVI. 9. MLXV. 2.

Plutarchus in consolatione ad uxorem vol. VIII. 404. Reisk. filioli mentionem fecit, cui vulgo nomen datur *Χάρων*, sed Xylander ibi restituit *Χαίρωνος*. „Credo enim“ inquit „Chaeronensem a Chaerone urbis instauratore filio nomen dedisse.“ De hoc Chaerone Apollinis filio cf. Plutarch. De curiositate ab in. VIII. 47. R. Pausan. IX. 40. 3. Hellanic. p. 83 Sturz. Welcker ap. Schwenck. Etym. myth. Andeut. p. 309 adn. ubi in numeris erratum est. Nec dubito, quin vera sit Xylandri emendatio, etsi teneo etiam *Χάρωνας* Boeotos fuisse,

v. Plutarch. Pelop. IX. X. al. Illud O. Muellerus quoque maluit Gesch. hellen. Stämme u. Städte I. 22. n. 2. „Plutarch ist ganz Boeoter und ganz Chaeroneer, wie er seinen eignen Sohn nach dem Gründer der Stadt Chaeron (nicht Charon) nannte.“

Multi porro fuerunt *Σάτυροι* et *Σειληνοί* s. *Σιληνοί* v. C. J. n. 74. 3 ibique Boeckhium p. 112. a. bene contra Osannum, qui subtilius discrimen excogitaverat, disputantem, n. 269. 20, n. 748. 1. *Μίκωνος* nomine et pictorem insignem aliosque complures et heroem dictos fuisse Meursius ostendit Lect. Att. I. 12. *Ἀσκληπιών*, satis illum recentem, ex Olympiodoro novi ap. Phot. bibl. p. 58. a. 30. Erat is *τῶν ἐν Σικελίᾳ κτημάτων Κωνσταντίου καὶ Πλακιδίας διοικητής*. Nemo autem hunc talem duplicem nominum propriorum usum mirabitur, qui reputat quam feracia in fingendis pro libitu heroibus Graecorum ingenia fuerint, v. Wesseling. ad Diod. Sicul. v. I. 349. 27. v. IV. 423. L. Dindorf.

§. 10. Qui primus, quod sciam, *dei Olympii* (Spanhem. II. 499. Böttiger Ideen z. Kunstmyth. II. 252. Sturz. Hellanic. p. 72) nomen sibi imposuit Menecrates medicus, cum aliis quibusdam eius furoris sociis notatus est et ab aliis scriptoribus (Plutarch. Agesil. XXI. Apophth. Lacon. Agesil. 9. Aelian. V. H. XII. 51. Clem. Alex. protrept. p. 16) et ab Athenaeo VII. 289. cap. 33. Quem locum etsi paullo longiorem totum transcribam: *ταῦτα, νὴ τὴν Ἀθηνᾶν, οὐδ' ἂν Μενεκράτης ἂν ὁ Συρακόσιος ἐξογκώσατο ὁ Ζεὺς ἐπικαλούμενος, ὃς ἐφρόνει μέγα ὡς μόνος αἴτιος τοῦ ζῆν τοῖς ἀνθρώποις γινόμενος διὰ τῆς αὐτοῦ ἰατρικῆς. τοὺς γοῦν θεραπευομένους ὑπ' αὐτοῦ τὰς ἱερὰς καλουμένας νόσους συγγράφεσθαι ἠνάγκαζεν ὅτι ὑπ-*

ακούσονται αὐτῷ δοῦλοι περισωθέντες. καὶ ἠκολούθουν ὁ μέν τις Ἡρακλέους, σκευὴν ἔχων καὶ καλούμενος Ἡρακλῆς. — Νικόστρατος δ' ἦν οὗτος ὁ Ἀργεῖος, ἱερὰν νόσον θεραπευθείς· μνημονεύει δ' αὐτῶν Ἕφιππος ἐν Πελταστῇ λέγων ὧδε

Οὐ Μενεκράτης μὲν ἔφασκεν εἶναι Ζεὺς θεός,
Νικόστρατος δ' Ἀργεῖος ἕτερος Ἡρακλῆς; —

ἄλλος δέ τις ὡς Ἑρμῆς χλαμύδ' ἔχων καὶ κηρύκειον, πρὸς δὲ τούτοις πτερά, ὡς ὁ Ζελείτης Νικαγόρας ὁ καὶ τῆς πατρίδος τυραννήσας, ὡς ἱστορεῖ Βάτων ἐν τοῖς περὶ τῶν ἐν Ἐφέσῳ τυράννων, Ἡγήσανδρος δέ φησιν ὅτι καὶ Ἀστυκρέοντα θεραπευθέντα ὑπ' αὐτοῦ Ἀπόλλωνα ἐκάλεσε. καὶ ἄλλος δ' αὐτῷ τῶν περισωθέντων Ἀσκληπιοῦ στολὴν ἀναλαβὼν συμπεριεφθείρετο. αὐτὸς δ' ὁ Ζεὺς, πορφύραν ἠμφιεσμένος καὶ στέφανον χρυσοῦν ἐπὶ τῆς κεφαλῆς ἔχων καὶ σκῆπτρον κρατῶν, κρηπῖδάς τε ὑποδεδεμένος, περιῄει μετὰ τοῦ θείου χοροῦ. καὶ ἐπιστέλλων Φιλίππῳ τῷ βασιλεῖ οὕτως ἔγραψεν

c. 34. „*Μενεκράτης Ζεὺς Φιλίππῳ χαίρειν.*
Σὺ μὲν Μακεδονίας βασιλεύεις, ἐγὼ δὲ ἰατρικῆς· καὶ σὺ μὲν ὑγιαίνοντας δύνασαι, ὅταν βουληθῇς, ἀπολλύναι, ἐγὼ δὲ τοὺς νοσοῦντας σώζειν, καὶ τοὺς εὐρώστους ἀνόσους, οἳ ἂν ἐμοὶ πείθωνται, παρέχειν μέχρι γήρως ζῶντας. τοιγαροῦν σὲ μὲν Μακεδόνες δορυφοροῦσιν, ἐμὲ δὲ καὶ οἱ μέλλοντες ἔσεσθαι· Ζεὺς γὰρ ἐγὼ αὐτοῖς βίον παρέχω.“ πρὸς ὃν ὡς μελαγχολῶντα ἐπέστελλεν ὁ Φίλιππος „Φίλιππος Μενεκράτει ὑγιαίνειν.“ παραπλησίως δ' ἐπέστελλε καὶ Ἀρχιδάμῳ τῷ Λακεδαιμονίων βασιλεῖ καὶ τοῖς ἄλλοις ὅσοις ἔγραφεν, οὐκ ἀπεχόμενος τοῦ Διός. καλέσας δ' αὐτὸν ποτὲ ἐπὶ δεῖπνον ὁ Φίλιππος μετὰ τῶν ἰδίων θεῶν συγκατέκλινε πάντας ἐπὶ τῆς μέσης

κλίνης, ὑψηλότατα καὶ ἱεροπρεπέστατα κεκοσμημένης, καὶ τράπεζαν παραθεὶς, ἐφ' ἧς βωμὸς ἔκειτο καὶ τῶν ἀπὸ γῆς πάντων ἀπαρχαί· καὶ ὁπότε τοῖς ἄλλοις παρεφέρετο τὰ ἐδώδιμα, τοῖς ἀμφὶ Μενεκράτην ἐθυμίων καὶ ἔσπενδον οἱ παῖδες. καὶ τέλος ὁ καινὸς Ζεὺς μετὰ τῶν ὑπηκόων γελώμενος θέων ἔφυγεν ἐκ τοῦ συμποσίου, ὡς Ἡγήσανδρος ἱστορεῖ. μνημονεύει δὲ τοῦ Μενεκράτους καὶ Ἄλεξις ἐν Μίνῳ· 35. Καὶ Θεμίσων δ' ὁ Κύπριος, τὰ Ἀντιόχου τοῦ βασιλέως παιδικὰ, ὥς φησι Πύθερμος ὁ Ἐφέσιος ἐν τῇ ὀγδόῃ τῶν ἱστοριῶν, οὐ μόνον ἐν ταῖς πανηγύρεσιν ἀνεκηρύττετο, Θεμίσων Μακεδὼν, Ἀντιόχου βασιλέως Ἡρακλῆς, ἔθνον δὲ αὐτῷ πάντες οἱ ἐγχώριοι, ἐπιλέγοντες Ἡρακλεῖ Θεμίσωνι, καὶ παρῆν αὐτὸς ὁπότε τις τῶν ἐνδόξων θύοι, καὶ ἀνέκειτο στρωμνὴν καθ' αὑτὸν ἔχων, ἠμφιεσμένος λεοντῆν.

Idem scriptor l. X. 445. A. retulit Antheam Lindium per totam vitam vestem gestasse Dionysiacam et semper comites bacchantes secum duxisse. Adde quos Clemens Alex. (§. 8) recenset praeter eos quos iam novimus, Alexandrum Solis, Nicagoram Mercurii nomina et partes sibi arrogantes.

§. 11. Vides Graeculos ineptos nominibus divinis, deorum simul habitu externo adscito, impune splendorem vanissimum captasse. Verum non debet neglegi, omnes istos homunciones ita non ab initio vitae dictos esse, sed iam adultos et viros factos ipsos sibi illa nomina tribuisse praeter ea quae die lustrico (v. Sturz. praef. IV. 5) acceperunt. Neque hoc est nullius in hac causa momenti, quod insana divinitatis affectatio Graecis risum et indignationem movebat. Quam autem facile fieri apud Graecos potuerit, ut tales θεάνθρωποι exsisterent, paucis indicabo. Olim quidem quum ingenia artibus et litteris minus essent exculta, vel imponi sibi, qui pius erat eorum stupor, eiusmodi figmentis facile patiebantur. Ita mulierem, cui Φύη erat nomen, et specie corporis et magnitudine insignem — debebat autem utrumque in consummata et absoluta omnibus numeris pulchritudine coniunctum esse (v. Dorvill. ad Charit. p. 398 Lips. Boissonad. ad Eunap. I. 333. L. Fr. Hermann. ad Lucian. Quomodo hist. conscrib. sit p. 275. Winckelmann. ad Plat. Euthydem. p. 5. b. Aristot. Eth. Nicom. IV. 3. 5. Xenoph. Anab. III. 2. 25. Plutarch. Nicia III. Romul. XV. Alex. XXI. Achill. Tat. I. 4 in f. Long. II. 54 Schaefer. Soph. Oed. R. 742 Herm.) — Pisistrato subornante Minervae habitu instructam et currui impositam Athenienses pro ipso habuerunt numine, quod expulsum tyrannum reduceret. Vulgo haec nota sunt ex Herodoto I. 61. qui sanequam hanc εὐηθίην miratur, nec iniuria. Sed confer tamen quae Boettigerus Opuscul. p. 411 scite commentatus est, docens ille, in pompis sacris et anniversariis conventibus sacerdotes personas deorum dearumque sibi imposuisse. In theatris autem, quum fabulae docerentur, saepissime praesentia introducta sunt numina. Hinc apparet popellum Graecum, cuius insuper fervidissima erat phantasiae vis, eiusmodi spectaculis adsuetum fuisse, et iam minus mirum videbitur et incredibile, quod ab Aeschine, qui dicitur, epist. X de Cimone Scamandri partes agente et a puella recens nupta virginitatem accipiente traditum est. Qui nebulo l. l. §. 5. Σκάμανδρος Κίμων ea ratione appellatur, quam supra §. 7. indicavi. Hinc porro fecerunt ii qui fabulas amatorias composuerunt, nam personas principes diis adsimilare easque pro numinibus

habitas esse fingere solebant, v. Locella ad Xenoph. Ephes. p. 136.

Principatum autem in hoc genere singulari impietate et vesania Athenienses tulerunt, qui Demetrio Minervae tamquam praesentis nuptias paraverant (v. Clem. Alex. l. l. §. 8.), et Cotys Thrax, qui ebrius eiusdem deae concubitum exspectabat teste Athenaeo XII. 531. F., quamquam huic fortasse ab ebrietate aliqua excusatio parata esse videri potest.

§. 12. Supererat unum hoc, ut infantulis recens natis nomina deorum tribuerent. Factum hoc esse exempla docent et virorum et mulierum; raro tamen factum est nec antiquo tempore. Nam plerique omnes quos allaturus sum tituli magis minusve diu post Christum natum videntur exarati esse.

Iam agmen ducat *Ἰουλία Ἀθηνᾶ* n. 1950, quod nomen aliunde sibi non cognitum esse candide Boeckhius professus est v. II. p. 48. b. *Ἀθηναία* est n. 2110 *γυνὴ Ὑψιγόνου* in anaglypho ad Panticapaeum reperto. *Φλαουΐαν Ἀθηναίαν* sacerdotem Thebanam habemus n. 1634. 2. Verum tamen quo tempore hi tituli scripti sunt, non est dubium, quin *Ἀθηναία* dici dea dudum desierit (v. Boeckh. C. I. I. p. 242. b). Statui potius potest, *Ἀθηναίαν* eandem esse quam *Ἀττικήν*, quidquid olim grammatici contradixerunt, cf. Suid. s. v. *Ἀθηναίας*. Bergk. l. l. p. 295. Damm. lex. Hom. p. 1252. a. Rost. *Παλλάς* est n. 1609. 3.

In C. I. n. 189. 30, quod marmor ad Antonini Pii aetatem pertinere Boeckhio videtur p. 320. b, legitur *ΑΠΟΛΛΩΝΦΙΛΩΝΟΣ* nulla enotata scripturae varietate, praeter quod apud Fourmontum est *ΦΙΛΩΝ*. Fecit

Boeckhius quod cauti erat critici et nomen inauditum reliquit intactum: *Ἀπόλλων Φίλωνος*, tribus Antioch. prytanis. Contra Osannus Syll. Inscr. Ant. Graec. et Lat. p. 310 correxit *Ἀπολλώνιος*. Saepius nomen *Φοῖβος* reperitur, cf. n. 192. II. 13. n. 193. I. 23. n. 244. 12. n. 264. 11. n. 284. III. 19. n. 488. n. 1265. 8. n. 1341. 7.

Nec *Ἄρτεμις* nomen est inusitatum, v. n. 2569. 1., et idem fortasse habetur n. 2568. 2. v. II. p. 422. b. Tertium locum, ut non numeretur obscurum illud *Ἀρτεμεὶς Ποπλίου* n. 2806. 1., adiunxerit qui in inscriptione Laconica n. 1436. pro

ΑΝΤΟΝΙΑΝ
ΕΥΔΑΜΙΑΝΑΡΤΕΜΑ

non *Ἀντωνίαν Εὐδαμίαν Ἀρτεμᾶ*, sed cum Osanno Syll. p. 273 *Ἀρτέμιδα* legerit. „*ΑΡΤΕΜΑ*“ adnotavit vir doctissimus „quum nihil aliud quam *Ἀρτέμαν* [voluit *Ἀρτεμᾶν*] esse possit, novum primum id ipsum compendium videtur, quo littera *Α* superinducta lineola syllabam *ᾶν* denotet, quod in Latinis quidem inscriptionibus passim occurrit, in Graecis si recte memini non item. Accedit *Artema* vel *Artemas* nomen esse virorum proprium, non mulierum. Malo igitur aut Eudamiam *Artemae* filiam intelligere aut *ΑΡΤΕΜΙΔΑ* olim scriptum putare, quod nomen proprium passim obvium.“ Passim quidem id non legitur; illa autem lineola nihil videtur Osannum morari debuisse. Quae etsi saepissime nomen decurtatum indicat, tamen interdum prorsus nullius est significationis; vide modo ut in Spartanis subsistam, n. 1429. 1. Praeterea vero mulieris nomini in eiusmodi inscriptionibus, qualis est n. 1436., patris nomen addi solet. Cf. n. 1433. 2. n. 1434. 2. n. 1437. 3. Quare etiam hic *Ἀρτεμᾶ* bene habet.

Apollinis et Dianae matris nomen *Λητώ* allatum est supra §. 8. sed observari tamen debet, reginam illud gessisse, non privatam mulierem.

§. 13. *Ἀφροδείτη* quaedam et filius *Αἰνείας* in titulo sepulcrali inscripti sunt, quem post Welckerum Osannus edidit p. 445. Is titulus est admodum recens. Adde Boeckh. v. II. p. 48. b.

Nomen alius deae filii *Ἔρωτος* tam in Graecis quam in Latinis saepe numero invenitur, v. C. I. n. 189. 49. n. 191. II. 13. n. 192. 6. n. 191. II. 14. n. 193. II. 31. n. 281. II. 9. n. 286. II. 24. Scaliger. Ind. ad Gruter.

Dubitanter commemoro *Ἄρη* ex Inscr. n. 196. II. 9. ubi quum in lapide *ΚΛΑΡΙΙΣ* exstare dicatur, Boeckhius scripsit *Κλ. Ἄρης*. Recte fortasse, sed ut nec alia inepta videatur coniectura, illud nomen non integrum aetatem tulisse. *Mars* est ap. Gruter. MXCVII. 1.

Subiungo *Βάκχον* s. *Διόνυσον*, etsi eum non fuisse inter XII Olympios teneo. Et *Βάκχος* quidem, qui duobus locis comparet, si cui minus certus videatur, ipse non valde mirabor. Tit. n. 300. I. 1. in marmore *ΒΑΚΧΟΣ* esse perhibetur, Boeckhius tamen *Βάκχιος* maluit, quod nomen v. n. 188. 7. n. 193. I. 31. n. 190. II. 10. n. 281. II. 16. n. 285. I. 18. n. 300. I. 1. n. 697. 2. n. 1759. b. 35. n. 3142. II. 15. 23. Sed n. 657. 2. *ΒΑΚΧΟΥ ΚΗΦΕΙΣΙΕΟΣ* editor ad lapidis fidem scribi iussit *Βάκχου Κηφεισιέως*. Ea lectio Cyriaci et Muratorii schedis nititur, quae non nimis accuratae solent esse. *Ἴακχος* est n. 1847. 2. *Διόνυσος* homo uno, quod sciam, loco repertus est n. 193. II. 18. ubi recensetur *Μουσαῖος Διονίσου* prytanis *Ἀγγελῆθεν;* Sponius tamen et Pocockius *ΥΣΟΥ* post *ΔΙΟΝ* omiserunt,

Boeckhio iudice „non male.“ Facillime sane sive a quadratario sive a transcribentibus errari potuit et Iota neglegi. Peccatum est in hoc nomine etiam in contrariam partem n. 374. 3. ubi *ΔΙΟΝΥΣΙΩΙ* scriptum exstat de deo, et hic illic in codicibus, cf. Athen. IV. 148. D. v. I. 334. G. Dindorf. V. 198. C. v. I. 436. Dorvill. ad Charit. p. 596 Lips. Friedemann. Strabon. v. VII. 373. Muncker. ad Fulgent. II. 15. *Εὔιος* nomen interdum est usurpatum, v. C. I. n. 224. 3. *Εὔιος χαλκιδεὺς ηὔλει.* Idem homo ab Athenaeo commemoratur XII. 538. F.

§. 14. *Ἑρμῆς* saepius reperitur. V. n. 1279. I. 4. n. 1969. IV. 7. n. 1970. 1. n. 1972. 1. n. 1230. 32. n. 2135. 2. n. 2664. 1. 2. vol. II. p. 457. b. n. 2826. 1. 33. 34. 36. Osann. Syll. p. 427. n. XXXVI. p. 532. n. XIV. In Latinis item frequens est *Hermes*. Interdum autem utrum *Ἑρμῆς* an *Ἕρμος* statuatur incertum manet, ut n. 1184. 1. *Εὔτυχος Ἑρμοῦ* an *Ἕρμου*. Cf. Plutarch. Theseo c. XXVI in fine: *καταλιπεῖν δὲ (Θησέα) καὶ τοὺς ἀδελφοὺς αὐτοῦ οἷον ἐπιστάτας καὶ νομοθέτας καὶ σὺν αὐτοῖς Ἕρμον ἄνδρα τῶν Ἀθήνησιν Εὐπατριδῶν· ἀφ' οὗ καὶ τόπον Ἑρμοῦ καλεῖν τοὺς Πυθοπολίτας οὐκ ὀρθῶς τὴν δευτέραν συλλαβὴν περισπῶντας καὶ τὴν δόξαν ἐπὶ θεὸν ἀπὸ ἥρως μετατιθέντας.* *Ἑρμείας* non raro habetur, v. n. 184. I. 16. II. 23. n. 187. II. 16. n. 188. 8. n. 194. 40. n. 185. 23. 24. 25. n. 189. 27. n. 275. II. 29. 41. n. 276. III. 25. n. 742. 1. n. 1057. 2. n. 1083. 5. *Ἑρμέου Πειραιέως* est n. 728. 4. *Ἑρμᾶς* n. 268. 23. n. 275. I. 45. n. 282. 21.

Ἥλιος unius certe loci fide non dubia defenditur, v. n. 1969. IV. 9. Apud Dinarchum *κατὰ Δημοσθένη.* §. 38. ex manuscr. editum est *Ἡλίου Φορμισίου*, Wolfius

tamen Ἡλιοδώρου coniecit, Reiskius Ἡλείου, idque satis probabiliter, vide enim infra §. 53. et Athenaeum XIII. 593. F., ubi pro Κασίου τοῦ Ἠλείου codex Palatinus vitiose Ἡλίου exhibet. Φορμισίου autem nomen videtur demoticum, v. Grotefend de Demis s. Pagis Atticae p. 36. n. 144. Alium Ἥλιον, quem Apollonium Rhodium esse Ruhnkenius opinatus erat Epist. crit. p. 202 (290), removerunt homines docti, qui intellexerunt scribas male interpretatos signum, quo et ἥλιος et Ἀπόλλων notantur, falso alterum nomen alteri substituisse. Cf. Weichert über d. Leben u. d. Gedicht des Apollon. v. Rhod. p. 47 sqq. Frommel ad Aristid. Schol. p. 14. Friedemann. Strabon. v. VII. p. 744. Meinek. Fragm. Com. Gr. I. 510.

Haec habui deorum nomina, quae homines sibi tribuerunt. Paucissima ea sunt in tam ingenti nominum propriorum copia, qua lingua Graeca vere abundare dici potest. Nunc mantissae loco observationes nonnullas subiiciam, quae supra minus commode inseri videbantur.

§. 15. Mentionem feci §. 2. terminationis δωρος, quacum plurima nomina composita sunt. Vide: Ἀθηνόδωρος; *Andranodorus* apud Livium XXIV. 5. ab Adrano Siculorum deo repetitum, de quo egit Held ad Plutarch. Timol. XII. p. 381, ut *Adranodorus* scribendum esse coniicias; Ἀπολλόδωρος s. Ἀπολλό|δωρος ap. Nicomachum Hephaest. p. 29 ed. Lips.; Ἀρτεμίδωρος, Βενδιδώρα, Διόδωρος, Ἑρμόδωρος, Ζηνόδωρος, Ἡλιόδωρος, Ἡρόδωρος, Ἰσίδωρος s. Εἰσίδωρος, Μηνόδωρος n. 196. b. II. 4. n. 276. I. 15. II. 19. n. 278. I. 7. n. 353. II. b. 7. n. 796. 5. n. 846. 2. n. 970. 1. 3., Μητρόδωρος, Ὑπατόδωρος Plutarch. de genio Socrat. VIII. 319 Reisk.

Consulto omisi nomen Διονυσιόδωρος, quod saepius editum reperitur; ex analogia debebat esse Διονυσόδωρος, ut est Διονυσοκλῆς, nam Ὀλυμπιόδωρος quidem et Ἀσκληπιόδωρος aliter formata sunt. In optimis quibusque scriptorum editionibus, ut in Bekkerianis et Dindorfianis, omnibus fere locis vera illius, de quo agitur, nominis forma restituta est, et plerumque aliquot saltem codices eam exhibent, v. Boissonad. ad Aristaenet. II. 9. p. 676. Dindorf. ad Athen. XI. 506. B. n. II. p. 1137. Winckelm. ad Plat. Euthydem. p. 12. b. In titulis plurimi sunt Διονυσόδωροι (v. n. 114. 3. n. 187. I. 2. n. 192. I. 28. 35. n. 193. II. 23. n. 196. b. I. 22. n. 200. I. 20. n. 266. 3. 16. 46. n. 275. I. 48. n. 277. 6. n. 278. II. 1. 2. 3. 4. 5. 6. n. 280. 6. n. 286. I. 26. 27. n. 294. 2. n. 302. II. 1. n. 353. II. b. 17. n. 375. 3. n. 466. 1. n. 566. 1. n. 794. 1. n. 1279. I. 13. n. 1575. 3); unum adhuc vidi Διονυσιόδωρον n. 2079. 5, quem Boeckhius vitiosum dixit v. II. p. 138. b. Etiam Διονυσοκλῆς, quod iam tetigi, omnibus locis restituendum videtur pro Διονυσιοκλῆς, cf. exempli gratia Athen. III. 118. D. ibique var. lect.

Ceterum non solis deorum sed etiam heroum aliisque omnino nominibus illa clausula δωρος adiiciebatur; v. Αἰαντόδωρος Platon. Apolog. Socrat. §. 22., Ἀσκληπιόδωρος, Ἀσωπόδωρος, Ἰσμηνόδωρος Plutarch. VIII. 302 Reisk., Κηφισόδωρος, Νυμφόδωρος, Στρυμόδωρος. Porro Ἀναξίδωρος Plutarch. de genio Socr. VIII. 279 R. p. 576 Frcf.; qui in eodem libro saepius commemoratur Γαλαξίδωρος p. 292. 295. 296. 299 R., idem videtur esse, nomine tamen corrupto. Illud enim Gamma fuerit Digamma, Λ autem mutandum in Ν.

Ita habemus *Φαναξίδωρος*, quocum confer *Φαναξίων* n. 1574. polemarch. Boeot. p. 720. a. *Ἰατρόδωρος* est ap. Sturz. praef. VI. 9. *Σαννίδωρος* vel *Σαινίδωρος* ib. 11.

§. 16. Ad Boeotorum normam eadem paragrapho 2. commemoratam fictum est nomen *Ἑρμάϊχος* n. 1593. 11. qui Tanagraeus fuit. Idem nomen videtur n. 1220. 1. exstare in titulo Hermionensi *ΕΡΜΑΙΧΟΝΛΟΥΚΙΟΥ*, ubi Boeckhius dedit *Ἕρμα[ρ]χον*. Id quidem a Crusio omissum, est ap. Athen. XIII. 588. B.

Quae §. 7. recensetur mulier *Ἀφροδίτη Βελιστίχη*, rectius puto ita scribitur, quam *Βιλιστίχη*, ut de suo Winckelmannus apud Plutarchum restituit. Ibi vulgata erat *Βελεστίη;* cod. Parisin. exhibet *Βε̃λεστίη*, v. Winck. p. 130. *Βιλιστίχην* ediderunt ap. Athen. XIII. 576. F., ubi varia lectio est *βιλιστύχην*, et 596. E. Sed Plutarcho, qui vocalem *εῖ* primae syllabae confirmat, Pausaniae accedit auctoritas V. 8 ad fin. (v. Boeckh. C. I. I. 775. b.) et Suidae, apud quem modo *Βελεστίχη* servatum est v. I. p. 978. b. 14, gravissima denique Aristophanis, cuius interpretes ad Plutarchum immemores fuerunt, Ecclesiaz. 46. *τὴν Σμικυθίωνος δ' οὐχ ὁρᾷς Μελιστίχην;* Nam *Μελιστίχη* et *Βελιστίχη* unum idemque arbitror nomen esse. Ita qui *Bagaeus* appellatus est a Cornel. Nep. Alcib. X. apud Plutarch. Alcib. XXXIX. 2 *Μαγαῖος* audit et falli puto cum Sintenisio, qui alterum ad alterum corrigi voluerunt.

Eadem autem quae *Ἀφροδίτη Βελιστίχη* colebatur, a Clemente Alex. dicitur *Βλίστιχις*, si sana est lectio Protrept. p. 14. 25. Sylburg. p. 31. C. ed. Paris. MDCXXXXI, *Βλίστιχιν δὲ τὴν παλλακίδα τελευτήσασαν ἐν Κανώβῳ*

μεταγαγὼν ὁ Πτολεμαῖος ἔθαψεν ὑπὸ τὸν προδεδηλωμένον σηκόν. Nec hunc locum Plutarchi editores in promtu videntur habuisse.

§. 17. *Πυθονίκη Ἀφροδίτη*, quam attuli §. 7., ex lapide editur iussitque Boeckhius v. I. p. 476. b. eandem formam omnibus locis restitui. Sane apud Plutarchum male in Phocion. vita c. XXII ab in. scripserunt *Πυθιονίκην*, quum alterum omnes quotquot collati sunt codices tueantur, v. Fluegel. Observ. critic. in Pl. v. Ph. p. 68. Idem ap. Diodorum XVII. 108. L. Dindorfius dedit. Sed G. Dindorfius ap. Athenaeum plus semel *Πυθιονίκη* servavit v. VIII. 339. D. XIII. 567. F. 586. C. 594. E. 595 saep. Quid quod ab ipso Boeckhio bis editum est *Πυθιονίκη Πυθοκρίτου* n. 2338. 15. 17. Verum coniectura haec nituntur per se non improbabili ut filiae et patris nomen in *Πυθο-* conveniant (v. Boeckh. Oec. Civ. Ath. II. 235); sed quum priore loco lapis habeat — *ΣΙΟΝΙΚΗ*, altero — *ΙΟΝΙΚΗ*, in his elementis etiam aliud nomen latere potest, v. c. *ΠΛΕΓ]Σ[Τ]ΟΝΙΚΗ* (n. 1506. 1.) vel *ΑΡΙ]Σ[Τ]ΟΝΙΚΗ*.

Πυθονίκη legendum esse suspicor etiam n. 988, ubi in marmore esse traditur *ΓΟΘΟΙΚΗ: Ποθονίκη*. Mira mihi est formarum diversitas, quibus *Οῦ* in eodem vocabulo exprimitur.

Πυθόνικος saepius reperitur, v. C. I. n. 1571. 23. 25. 26. Sed *Πυθονίκης* semper scribi debere pro *Πυθιονίκης*, nondum crediderim. Certe *Πυθιόνικος* Graece dici ostendit Pindar. Pyth. VIII. 5. *Πυθιόνικον τιμὰν Ἀριστομένει δέκευ.* Apud Plutarch. Alcib. XXXII. 10. *Χρυσόγονον τὸν Πυθονίκην* annotavit Vulcobius, vulgata erat *Πυθιονίκη*, Sintenisius Reiskium secutus ex cod.

Parisino n. 1673. dedit *Πυθιονίκην*. Item Solon. vit. c. XI. 7. *Ἀριστοτέλης ἐν τῇ τῶν Πυθιονικῶν ἀναγραφῇ* ex codd. editum est, nec quemquam potest fugere qua analogia *Πυθιόνίκης* comprobetur. Chrysogoni autem supra commemorati Corsinius in Pythionicarum catalogo, Dissert. agonist. p. 202 sqq. ed. Lips., mentionem non fecit. Boeckhius l. l. I. p. 476. b. complura nomina congessit, quae a *Πυθο-* incipiunt. Iis adde: *Πύθαρχος* n. 3140. 21. *Πυθοδωρίς* n. 3016 cum Boeckhii adnot. v. II. p. 621. b. *Πυθόμανδρος* Anacr. fr. LX. p. 182 Bergk. quocum cf. *Σκάμανδρος* et *Θεόμανδρος* ap. Sturz. praef. V. 13. *Πυθόπολις* et *Πυθοπολῖται* Plutarch. Theseo c. XXVI in fine.

§. 18. Memoratum est §. 9. *Βούτην* et *Βουζύγην* non solum heroem sed etiam eius sacerdotem apud Athenienses dictum fuisse. Id non magis debet mirum videri quam quod quum alii tum sacerdotes a deo cuius sacra curabant genus repetebant, v. Welcker. Theogn. praef. XXXII. not. 37. C. I. n. 1340. 5. *ἱερέα ΜΒ ἀπὸ Διοσκούρων* p. 655. b. n. 1353. 3. *ἱερέα κατὰ τὸ γένος ἀπὸ Ἡρακλέους μη', ἀπὸ Διοσκούρων μδ'*, id. n. 1355. 9. N. 1349. 8. *ἱερέα ἀπὸ Ποσειδῶνος* p. 658. b. n. 1374. 5. *ἱερέα καὶ ἀπόγονον Ποσιδᾶνος*. Memorabilis haec quoque est consuetudo, ex qua muneris sacerdotalis in familia propagati nomen tandem pro familiae nomine ponebatur, v. Boeckh. C. I. v. I. p. 325. b., ut similiter monachi familiae nomen deponunt. Hierophantam autem ab iis, quos initiaverat, nomine appellari nefas erat, cf. Boissonad. ad Eunap. I. p. 298. Lobeck. Aglaoph. I. 62. —

Apud Athenaeum VII. cap. 34 med. (§. 10.) Schweighaeuserus offendens in verbis *οὐκ ἀπεχόμενος τοῦ Διός*,

scribendum esse coniecit *τοῦ Διὸς ὀνόματος*. Sed eadem significatio inest in solo nomine *Διός*. Eodem plane modo nomen *Σωκράτης* usurpatum est ap. Xenophont. Memor. IV. 4. 7. *οἷον περὶ γραμμάτων ἐάν τις ἔρηταί σε, πόσα καὶ ποῖα Σωκράτους ἐστίν*. Prorsus singulare Sturzio praef. IV. 5 visum est, quod id significat *Socratis nomen*. Nihil in eo est singulare. Adde Plutarch. Poplic. VII. *ὁ δὲ Κολλατῖνος ἦν μὲν, ὡς ἔοικεν, ἐν ὑποψίᾳ τινὶ καὶ διὰ συγγένειαν τῶν βασιλέων, ἤχθοντο δ' αὐτοῦ καὶ τῷ δευτέρῳ τῶν ὀνομάτων ἀφοσιούμενοι τὸν Ταρκύνιον*. Bene Schaeferus v. IV. p. 324 interpretatus est „*nomen Tarquinii*, non ipsum Tarquinium.“ cf. Pl. Coriol. c. XI.

§. 19. Unum supra (§. 12.) attuli *Ἀπόλλωνα* hominem, eumque ne certum quidem. Sed eius dei nomen singulari modo usurpatum est apud Plutarch. Lucull. XLI. *ὅτι σήμερον ἐν τῷ Ἀπόλλωνι δειπνήσει. τοῦτο γάρ τις εἶχε τῶν πολυτελῶν οἴκων ὄνομα*, et ib. *εἰώθει δὲ δειπνεῖν ἐν τῷ Ἀπόλλωνι πέντε μυριάδων*. Nos dicimus: Apollosaal; Graeci et Latini, ut videtur, conclavi in quo signum numinis fuisse vel picturam credibile est, ipsum dei nomen imposuerunt. Vide insuper Plut. Alcib. XXIV. 17. *ὧν — ἐκέκτητο παραδείσων τὸν κάλλιστον καὶ ὑδάτων καὶ λειμώνων καὶ ὑγιεινῶν ἕνεκεν καὶ διατριβὰς ἔχοντα καὶ καταφυγὰς ἠσκημένας βασιλικῶς καὶ περιττῶς Ἀλκιβιάδην καλεῖν ἔθετο· καὶ πάντες οὕτω καλοῦντες καὶ προσαγορεύοντες διετέλουν*. Id. Syll. XVII. *ὁ μέντοι τόπος ἐν ᾧ κατεσκήνωσεν ἄχρι νῦν Ἀρχέλαος ἀπ' ἐκείνου καλεῖται*. Corp. Inscr. n. 1732. b. 2. *ἐπὶ τὸν Ἀρχαγέτην* i. e. *ἐπὶ τὸ ἡρῷον τοῦ Ἀρχαγέτου*, v. Boeckh. p. 851. b. De Homerico *εἰς Ἀγαμέμνονα*, id ut sit pro *κλισίην Ἀγαμέμνονος*, Sintenisius exposuit

Excursu IV. ad Plutarchi Periclem p. 306 sqq. Add. Bernhardy Synt. Ling. Gr. p. 47. 2. Ex Latinis huc referendus esset locus Cornelii Nepotis Alcib. III. 2. „Itaque ille postea Mercurius *Andocides* vocatus est“, sed lectio est incertissima. Recte potius a plerisque editum videtur Andocidis s. Andocidi, ut Graeci dixerunt *Ἀνδοκίδου Ἑρμῆς*, Westermann. ad Plutarch. Vit. X. Orat. p. 34.

Francogalli autem, quorum in lingua talia ut „hôtel Richelieu“ usitatissima sunt, cogitandi normam sequuntur non dissimilem. — *Hierosolymorum* nomine conclave apud Shakspearium Henrico IV dici, monuit me vir quidam doctrinae in suo genere tam accuratae quam elegantis.

Frequenter breviloquentia quadam dei vel hominis nomen pro signo ponitur, quo quis expressus est. Multa exempla Pausaniae libri suppeditant. Affero unum insigne ex Plutarchi Fabio Max. XXII. 29. *πάντων δὲ τῶν ἄλλων ἀγομένων καὶ φερομένων λέγεται τὸν γραμματέα πυθέσθαι τοῦ Φαβίου περὶ τῶν θεῶν τί κελεύει, τὰς γραφὰς οὕτω προσαγορεύσαντα καὶ τοὺς ἀνδριάντας· τὸν οὖν Φάβιον εἰπεῖν „Ἀπολίπωμεν τοὺς θεοὺς Ταραντίνοις κεχολωμένους“.* Id. Flamin. c. I. *παρὰ τὸν μέγαν Ἀπόλλωνα τὸν ἐκ Καρχηδόνος.* Qua propter Schaefero non addo calculum, qui ap. Plutarch. Anton. LX. *ἡ δ' αὐτὴ θύελλα καὶ τοὺς Εὐμένους καὶ Ἀττάλου κολοσσοὺς ἐπιγεγραμμένους Ἀντωνίους ἐμπεσοῦσα μόνους ἐκ πολλῶν ἀνέτρεψε* coniecturam proposuit: *Ἀντωνίου.*

§. 20. *Ἄρη* accusativum §. 13. sciens scripsi, qui cum G. Dindorfio statuam, veteres Atticos hac forma usos esse, v. eum ad Aeschyli Sept. contra Theb. 45. Praef. poet. scen. Graec. p. VII. Accusativus ille etiam in titulis reperitur, cf. n. 311. 2. n. 3137. 60. 70. Sed

nominis *Ἄρης* quum multi varios casus obliquos enumeraverint, a nullo tamen vocativum vidi annotatum, cuius vestigium superest apud Schol. Aeschyli Sept. c. Th. 105. *τί ῥέξεις; προδώσεις παλαίχθων Ἄρης τὰν τεὰν γᾶν;* ubi ille: *Ἄρης Ἀττικόν, ὦ Ἄρης κλητικόν, οἱ δὲ γράφουσιν ὦ Ἄρη.* Confer *Δημοσθένη, Διομήδη, Ἀριστοφάνη,* de quibus Choeroboscus egit p. 1190. C. I. n. 1148. 1. n. 1982. 2 *Ἀγαθοκλῆ.* n. 1150. 2 *Σωκράτη.* n. 1153. 2. n. 3116 *Μενεκράτη.* n. 1154. 3 *Ἀριστοκλῆ.* n. 1665 *Ἡρακλῆ.* n. 3114. 4 *Σωσικλῆ.* n. 3135. 1 *Δειοκλῆ,* quas formas plerasque omnes Boeckhius annotavit. Addo *Σωσθένη* ex Osanni Syll. p. 365. n. XXVII. 1.

In Plutarchi loco (Thes. XIV) §. 14. scripsi *Ἀθήνησι;* Sintenisius cum prioribus dederat *Ἀθήνῃσι* hic et omnibus fere locis apud Plutarchum. Semel, si recte observavi, Themist. XXXI. 5 exhibuit *Ἀθήνησι,* quae genuina est forma in correctissimis quibusque editionibus hodie restituta. Vid. Buttmann. Gr. Gr. II. 276 et Goettling. ad Hesiodi Theogon. p. 10. Is complures quidem Corporis Inscr. Gr. locos, qui sunt de iota abiecto, contulit, sed gravissimos omisit. Tu confer n. 73. c. A. 17. B. 7. 18. n. 75. 11. n. 87. 33. Boeckhius p. 895. a. haec est commentatus: „Notabilis scriptura *Ἀθήνησιν* sine iota subscripto, quam unice veram esse et ratio et hi tituli docent.“ Pariter in marmore Pario n. 2374 nusquam *Ἀθήνῃσι* comparet, quum iota dativis ibi adscribatur, sed saepissime *ΑΘΗΝΗΣΙ* insculptum est, quae eadem scriptura n. 2270. 40 legitur. Add. Osann. Syll. p. 573. b. Debebat autem ad hanc normam etiam *Πεντέλησιν* scribi in Plutarchi Poplicol. XV. 19.

Tetigi §. 9. permutationem nominum *Χαίρων* et *Χάρων.*

Apud Ciceronem ad Atticum VI. II. 3 bene Orelli ex Mediceo aliisque videtur restituisse: in Trophoniana Chaeronis narratione. Vulgo: Charonis.

CAPUT II.

Nomina ab equis et equitandi arte ducta.

§. 21. „Satis constat" C. Fr. Hermanni sunt verba in Disputatione de equitibus Atticis, Marburgi 1835. p. 8, „rei equestris cultum apud Graecos antiquitus cum nobilitate et prosapiae splendore arctissime coniunctum fuisse; qui quum maximos sumtus atque exercitationem diuturnam exigeret, equos alere semper opulentissimorum hominum peculiare decus fuit (Aeschyl. Prometh. 446. Demosth. pro corona 331. 18. Lehrb. d. griech. Staatsalt. §. 57. 2)." Hanc in primis Atheniensium fuisse sententiam quum ex aliis institutis intelligitur, ut Neptuni et Minervae et Coloni equestrium cultu et ex *ἱπποτροφίαις* (v. Herm. l. l. p. 7. Reisig. Comm. crit. ad Soph. Oed. Col. p. 294. Boeckh. Oecon. Civ. Athen. I. 80. C. I. n. 664. b. Aristoph. Nub. ab in.), tum ex equitum ordine, quem a Solone non novum constitutum, sed ad antiquam normam in sua republica confirmatum esse probabilis est Hermanni coniectura. Neque enim quod Horatius de Ulixis patria dixit: „Non est aptus equis Ithace locus ut neque planis Porrectus spatiis nec multae prodigus herbae" prorsus in Atticam convenit, cuius solum, etsi Martis orchestra appellari non potest, tamen septentriones versus satis idonea alendis et exercendis equis spatia habuit et Marathonem *ἐπιτη-*

δειότατον χωρίον ἐνιππεῦσαι, Herodot. VI. 102. Simul hinc facile est ad iudicandum, quo iure quave iniuria in Sophoclis Oedip. Colon. v. 714 Herm.

— *χθονὸς αὔχημα μέγιστον*
εὔιππον εὔπωλον εὐθάλασσον

Musgravius et Reisigius offenderint, putidam censentes esse eiusdem notionis repetitionem, quae abundantia nec Sophocli visa est effugienda nec Simmiae nec Theocrito (11. 48). Potius haec dictionis lyricae copia egregie docet, quantum pretium poeta Atticus illi divino equi in sua terra primum procreati dono statuerit. Longius tamen repetitum est quod Paldamus, de repetitione verborum in sermone Graeco ac praecipue Latino (Zeitschrift für Alterth. 1838. n. 152), excogitavit. „Quibus verbis" inquit „non ut Wundero placuit equorum artes et genus significantur, quod indigne deo dictum et nescio quibus modis abhorrens esset ab antiqua simplicitate, verum altius quiddam et sublimius vult poeta, equum non semel datum esse a deo, sed ipsi auctori perpetuam esse cordi generationem et conservationem." Ceterum et *Εὔιππος*, *Εὐίππη*, et *Εὔπωλος* (Pausan. V. 21. 2) nomen fuit proprium.

§. 22. Insigne autem illius quod rei equestri dicabant studii documentum est apud Athenienses in plurimis nominibus propriis positum, quae vel ab initio vel in fine cum equi nomine composita sunt. Aliquot Sturzius praef. VI. 10—11 contulit, multo plura et is et Crusius (Griechisch-Deutsches Wörterbuch der Eigennamen, Hannov. 1832) omiserunt. Hic ego et rariora nonnulla proferam et de aliis quibusdam vel dubiis vel corruptis disseram.

Initium faciam a nomine *Μελάνιππος*, quod Sturzius p. 17 *Rapp* vertit, et *Μελανίππη*. Ea quum per

se spectata recte habere videantur, ut quibuscum componas *Ἀμύδριππος*, *Ἀργυρίππα* (Mazochius ad tabul. Heracl. p. 35 sqq.), *Γλαύκιππος*, *Κυάνιππος*, *Λεύκιππος*, *Ξάνθιππος*, *Ῥόδιππος*, *Χρύσιππος*, haud paucis scriptorum et Graecorum et Latinorum locis altera codicum scriptura *Μενάλιππος*, *Menalippus*, et *Μεναλίππη*, *Menalippe*, incertos fecit editores, utrum alteri praeferrent. Fuerunt qui omnibus locis *Μελάνιππος* restituendum esse censerent; alii contra singulis locis optimorum quorumque codicum lectionem servari debere arbitrati sunt. Longum est omnes *Μελανίππους* et *Μελανίππας* recensere, nec mearum quidem virium; sistam tales potissimum, qui disputandi et dubitandi materiem criticis praebuerunt. Prima in censum *Μελανίππη* veniat Amazon, Schol. Iliad. III. 190; v. Diod. Sic. IV. 16, ubi nulla lectionis discrepantia annotata est in Graecis. Poggius tamen vertit *Menalippe*, quae eadem forma apud Iustinum II. 4. 23 caute a Duebnero servata est codicum omnium auctoritatem secuto; Benekius maluit *Melanippe* allatis Munckero ad Hyginum XXX et CLXXXVI atque Wesselingio ad Diod. Sicul. l. l., quamquam is Iustinum corrigere non est ausus. *Menalippe* virago illa ab Orosio quoque I. 15 dicitur et ab Iornande I. 18, ita tamen ut aliquot codices in utroque scriptore alteram formam suppeditent. Pariter *Μεναλίππην* Tzetzes appellat ad Lycophr. 1329. vol. II. p. 1007. Muell. Contra *Μελανίππη* ab eodem l. l. ad v. 1034. p. 913 uxor Chalcodontis, Elephenoris mater dicitur.

Sequantur aliae duae *Μελανίππαι* Euripidis fabulis nobilitatae, *ἡ Σοφή* una, altera *ἡ Δεσμῶτις* cognominata, v. Fritzsch. ad Aristoph. Thesmoph. p. 100. p. 537

Eorum dramatum multa exstant fragmenta, v. Dindorf. Poet. Scen. Graec. p. 99—101; utriusque autem mulieris nomen, ubicunque in Graecis commemoratur, *Μελανίππη* videtur fuisse, non *Μεναλίππη*, cf. Frommel ad Schol. in Aristid. p. 131. n. 1. Si quo loco olim editum erat *Μεναλίππη*, id diu ex libris melioribus emendatum est, ut ap. Aristotelem de arte poet. XV. 8.

Aliter habet in Latinis. Nam ea Melanippe, quam Ennius ad Euripidis exemplar composuit (v. Bothe Fragm. Trag. Lat. p. 56—57), a Gellio Noct. Att. V. 11. *Menalippa* dicitur et complures ibi I. Gronovius scriptores laudavit, qui eodem nomine vocarunt. Ita Iuvenal. VIII. 229. Accius utrum *Menalippam* (*Melanippam*) an *Menalippum* (*Melanippum*) fecerit, homines docti ambigunt, cf. Both. p. 217. Fabulae praeter alia unum fragmentum suis immiscuit Cicero Tuscul. Quaest. III. IX. 20 „quod verbum (invidiae) ductum est a nimis intuendo fortunam alterius ut est in *Melanippa*

Quisnam florem liberum invidit meum?

male latine videtur, sed praeclare Accius.“ *Melanippa* dederunt Orelli, Kuehner, Moser, sed ex unius libri Bernensis margine; codices plerique *Menalippo*, alii *Melanippo*, nonnulli *Menalippa* praebent. Confer quos Orelli adduxit et Moser v. II. p. 64 et laudatum a Kuehnero Beierum ad Tullium de offic. I. 31. 114, quo loco is *Melanippam* scripsit, quod unus codex Guelferbyt. exhibet, in reliquis est *Menalippam*. Contra Klotzius ad Tuscul. p. 289 vulgatam *Menalippo* retinere maluit: „So die meisten Handschriften; *Melanippo* findet sich in wenigen Hdschn., *Melanippa* ist blosse Conjectur. Wir sind überzeugt, dass bereits die alten Römer diese Ver-

wechselung machten und *Menalippus* statt *Melanippus*, *Menalippa* wie de offic. I. 31. 114 statt *Melanippa* sagten. Offenbar hiess dieses Stück des Accius nicht Melanippa, sondern Menalippus, wie aus Nonius hervorgeht p. 15. 28, p. 85. 3, p. 154. 18 (ubi tamen *Menalippa*), p. 219. 2. p. 233. 16, p. 234. 23, p. 349. 2, p. 485. 33, hier auch aus den Worten des Textes: Accius Menalippo: Hic Menalippum interea traiectus nemorum in salti faucibus, p. 500. 13, wo unsere Stelle vollständiger citirt wird: Accius Menalippo: Unde aut quis mortalis florem liberum invidit meum? p. 521. 8."

Μελανίππη Oenei filia, lectione ut videtur non dubia, est ap. Antonin. Lib. II. et *Μελανίππη* mater Boeoti ex Itono apud Pausaniam IX. 1. 1. Denique vel Fourmontus in titulo spurio C. I. n. 45. §. 2. p. 72 recte finxit: *Μελανίππα τοῦ Μελανίππου.*

§. 23. *Μελάνιπποι* etiam plures mihi innotuerunt. Quinque ab Homero commemorati sunt, cuius locos Dammius composuit in lex. p. 1311 Rost. Illorum quemquam *Μενάλιππον* dictum fuisse non vidi annotatum. Pariter *Μελανίππος* a Plutarcho constanti codicum fide vit. Thes. VIII. Thesei et Perigunes filius appellatur. Philelphus tamen et Lapus et Gallici interpretes Amiotus et Dacierius verterunt *Menalippum*, quod a Leopoldo est observatum. *Μελάνιππον* praeterea Harpocration et Suidas v. *Μελανίππειον* et Pausanias X. 25 dixerunt.

Porro *Μελανίππος* nomen est fortissimo Astaci filio, qui Tydeum vulneravit, apud Pindarum Nem. XI. 37 (47). Aeschyl. Sept. c. Theb. 410 Blomf. Herodot. V. 67, ubi v. Wesseling. Apollodor. I. 8. 5. (sed ibi in

codice Palatino legitur *Μεναλίππου*) III. 6. 8. Pausan. IX. 18. 1. Schol. Lycophr. Alex. 1066. p. 224 Bachm. Schol. Iliad. V. 126. Sturz. Pherecyd. p. 157. Idem et *Μελάνιππος* et *Μενάλιππος* a Tzetze appellatur ad Lycophr. II. 922 Muell., *Menalippus* a Statio Theb. VIII. 718, quam quidem formam optimi codices tuentur (v. Barth. vol. III. p. 932) et nuper Duebner tenuit. Ceterum de hoc Melanippo Accii videtur fabula fuisse.

Μελάνιππος Agrii filius commemoratur ab Apollodoro I. 8. 6. Alii nonnulli *Μελάνιπποι* ex mythologia petiti in Nitschii sunt Lex. Myth. II. 210 Klopfer.

Μελάνιππος Aristippi filius, Basilus frater titulo sepulcrali ornatus est a Callimacho epigr. XXI. 1. v. I. p. 292 Ernesti.

Μελάνιππος Ἀκραγαντῖνος Plutarcho in Amatorio XVI. p. 36. 2. redditus est a Winckelmanno ex codicibus Parisinis. Vulgata erat *Μενάλιππος*, cf. Aelian. Var. Hist. II. 4. fragm. v. II. 320 Kuehn. et Athen. XIII. p. 602. b.

Apud Aeschinem, qui creditur, Epist. IV. 2 haec sunt: *ἐν γοῦν ταῖς ἐκκλησίαις Μελανίππου ἀκούεις λέγοντος „αἴ τε [ὦ ταὶ] λιπαραὶ καὶ ἀοίδιμοι Ἑλλάδος ἕδρεισμ' Ἀθᾶναι"* sed in Bekkeri codice *α* est *Μελανώπου*, quod Bergkius de comoed. Att. ant. p. 406 praetulit.

Ex titulis vide n. 204. 12 *ὁ δεῖνα*] *Μελανίππου*, Boeckh. v. II. p. 456. b. ad n. 2663. *Μελάνιππον ῥητιάριν;* Osann. Syll. p. 366. n. XXX. 4 *Μ*]*ελάνιππον* et 11 *Μελανίππ*[*ῳ?*

Grammatici Graeci *Μελάνιππον* scribendum esse praecipiebant, ubi nomen esset proprium. Formae *Μεναλίππος* in locis, qui sunt de hac regula, nullum

vestigium; cf. Sturz. praef. V. 3. et ad Maittair. Gr. linguae dial. p. 17, Gieseum über den aeol. Dialect p. 329.

Porro constanter poetae dithyrambici, avus et nepos, *Μελανιππίδαι* nominantur. Vid. Suid. s. v. cum interpr. adnot., Luetcke de Graec. dithyrambis et poetis dithyr. Berol. 1829, p. 70—72. Ulrici Geschichte der Hellen. Dichtkunst v. II. 590 sq. Quod erat in Meleagri ep. I. 7. Iacobs. Anth. Gr. I. 1. *Μεναλιππίδης* correctum habes ib. V. p. 335. Alius quidam *Μελανιππίδης* est ap. Aeschinem epist. X. §. 10.

Nec ab re fuerit nominis *Μελάνωπος* (non *Μελανωπός*, v. Bernhardy ad Suid. II. 579. Schaefer. App. Demosth. IV. 171. Welcker. cret. Colon. p. 16) mentionem facere. *Μενάλωπος* nullo quod sciam loco reperitur, cf. Xenoph. Hellen. VI. 2. 3. Bergk. p. 405 sqq. Aeschin. epist. XII. 17. Isaeum de Dicaeogen. hered. §. 32. Murator. Thesaur. Veter. Inscript. DCCXX. 7. Lobeck. Aglaoph. p. 323. Lucian. Demosth. Encom. IX.

§. 24. Iam si reputas apud Graecos scriptores locis plerisque omnibus in codicibus notae melioris *Μελάνιππον* et *Μελανίππην* scriptum exstare, non *Μενάλιππον* et *Μενάλιππην*, facile sane in eam adducaris sententiam, ut hanc formam intolerabilem censeas et prorsus falsam. Quam qui scribis indoctis tribuere velit, ad comprobandam causam suam etiam hoc afferre possit, quod in libris manuscriptis nomina propria, praecipue polysyllaba, ita saepissime scripta reperiuntur, ut uni vel duabus syllabis plene positis litterae singulae imponantur vel lineolae, quae reliquas denotant; v. Bast. comment. palaeogr. p. 798. 814. Ex hoc fonte plurimos errores profluxisse, sciunt qui codices excusserunt. Verum

tamen scrupulum mihi iniicit tituli auctoritas n. 357. b, in quo titulo incisa leguntur haec: *Γάϊος καὶ Μάρκος Στάλλιοι Γαΐου υἱοὶ καὶ Μενάλιππος*, quibus hominibus odei Periclei bello Mithridatico incendio absumpti restaurationem Ariobarzanes Philopator Cappadociae rex demandaverat. Possis quidem sumere, quadratarium oscitanter insculpsisse *ΜΕΝΑΛΙΙΙΙΙΟΝ* quum deberet *ΜΕΛΑΝΙΙΙΙΙΟΝ*; possis coniicere, Gasparem, qui unus marmor transcripsit, non accurate legisse et facili errore formam nominis schedis suis intulisse sibi notiorem, quam in lapide cernere sibi videbatur. Aliter tamen mea fert opinio et rem paullo subtilius diiudicandam esse arbitror.

Primum formas *Μενάλιππος*, *Menalippus*, *Μεναλίππη*, *Menalippe*, quum marmore illo tum scriptorum in primis Latinorum locis sat multis comprobatas reiici ut vitiosas non patior, sed non temere cum Klotzio statuere mihi videor, fuisse certo quodam tempore utramque formam et *Μελάνιππον* et *Μενάλιππον* in usu. Restat ut, qui id fieri potuerit, explicare coner.

Hic cave conferas talia nomina, qualia sunt *Ἀρχάγαθος* s. *Ἀγάθαρχος* (v. Wesseling. ad Diodor. v. II. 413. 64. V. 335 L. Dind.) vel *Λυγκίνητος* s. *Λυγνίκητος* (v. eund. ad v. II. 47. 17. V. 43. Clinton. Fast. Hellen. p. 122 Krueg. Meurs. Lect. Attic. III. 25.) et si quae sunt eiusdem generis alia. Nam in talibus utraque nominis forma per se spectata proba est et iustam habet explicationem. Id quod non cadit in nomen *Μενάλιππος*.

Sed distinguendum potius videtur inter Graecos et Latinos. Illi quidem admodum et raro et sero dixerunt *Μενάλιππος*, *Μεναλίππη*, contra Romani frequenter his formis usi sunt invitati nescio qua maiore ad pro-

nuntiandum facilitate syllabarum *Μεναλ-* quam *Μελαν*. Originem autem vocabuli iam nihil respiciebant utrique, quod in Romanis minus est mirum, sed ne in Graecis quidem debet offendere, quippe qui similia interdum admiserint, exempli gratia eundem hominem *Περίλαον* appellantes et *Πέριλλον*. Tum quod de pronuntiatione commodiore posui, aliis quibusdam exemplis confirmatur. Ita olim, eadem opinor de causa, inter *Ἄγλαυρος* et *Ἄγραυλος* variabant, v. Meurs. de regno Athen. I. XI. p. 52. Heyn. observ. ad Apollodor. p. 323. Schaefer. App. Demosth. II. 726. Frommel ad Schol. Aristid. p. 41. n. 3. Fritzsch. ad Aristoph. Thesmoph. v. 533. Nec dispar ratio nominis *Καλχηδών* s. *Χαλκηδών*, cf. Eckhel. D. N. V. II. 411. Niclas. ad Beckmann. Antigon. Caryst. p. 207. Goettling. ad Aristot. Polit. II. 4. p. 323. Schwenck Etymol. myth. Andeut. p. 68. Krueger. ad Xenoph. Anab. VI. 4. 38. Schaefer. Appar. Dem. V. 295. Friedemann. Strab. VII. p. 503. Item et *Ὄλορον* et *Ὄρολον* eundem hominem dictum fuisse facile credo, licet aliter statuerit Krueger Untersuch. üb. d. Leben d. Thucyd. Berolin. 1832. p. 3. In aliis, quod origo erat obscurata, vocales mutabantur. Ita fuit *Λυραύλης* et *Λιραύλης*, Schwenck. l. l. p. 114. 142 et Welcker. p. 304. *Ἀμφικτίων* et *Ἀμφικτύων*, Boeckh. C. I. v. I. p. 806. b. p. 808. b. *Μιτυλήνη* et *Μυτιλήνη*, Eckhel. D. N. II. p. 503. Kiessling. ad Tzetz. Chiliad. III. 502, ut erraverit Bremi ad Sueton. Iul. Caesar. c. 2, *Λιτυέρσης* et *Λυτιέρσης*, Kiessl. ad Tz. II. 571.

§. 25. Pergo ad recensenda nomina equestria, quae digna esse singulari commemoratione videntur. Suspectum mihi est nomen *Ἀρχίππας* in titulo Hermionensi n. 1209. 10.

Recte quidem Boeckhius videtur statuisse versum deficere illo loco, ut fuerit *ὁ* vel *ἡ δεῖνα*] *Ἀρχίππας*, quo quidem de genitivo infra agam §. 51; sed coniicio errori sive lapicidae sive eius qui transcripsit titulum deberi formam *ΑΡΚΙΠΠΑΣ* pro genuina *ΑΡΧΙΠΠΑΣ*. *Ἀρχίππα* nomen erat Hermionae usitatum, v. n. 1211. I. 15. *Ἀρχίππα* autem non magis ferendum puto, quam *Ἀρχίδαμος*, *Λυσίμαχος*, *Καλλίμαχος*, quae inventa Fourmontiana Boeckhius exagitavit C. I. v. I. p. 72. a. p. 758. b. Atque, ut hoc addam *ὡς ἐν παράδῳ*, etiam n. 2. 6. *Θάρων ὁ Ἀρχεσίλα* ego pro vero habuerim, quum in omnibus exemplaribus X appareat; Boeckhius p. 4. b. *ἀρχεσίμολπος* composuit, adde tit. n. 165. III. 29 *Ἀρχεσίλας* p. 293. b. et n. 206. 15, ubi ad O. Muelleri quidem apographum legitur *ΑΡΚΕΣΙΛΑΣ*, sed in Addendis p. 909. a. ex Claraci tabulis annotatum est litteris paullo detritis insculptum esse *ΑΡΧΕΣΙΛΑΣΑΡΧΕΣΙΛΟΥ*.

Ἄρνιππος Πολυνίκου habetur n. 172. IV. 49 *Κολωνεύς*. Nomen observatum malo quam temere correctum. Nihil certe agni cum equo copulatio habere mihi videtur quod sit absonum; cum agno etiam nos equum mansuetum comparamus. Accedit similium compositorum apud Graecos auctoritas. Notus est vel ex Demosthene *Θηριππίδης*, qui male locis nonnullis *Θηριπίδης* scribitur, v. Westermann. ad Plut. Vit. X Orat. p. 70., quod idem vitium in codicibus et in titulis et apud recentiores omnium est frequentissimum, v. *Μενίπου* apud Plutarch. Pericle XIII. 64 in cod. Paris. 1676. *Καλλιπίδην* Alcib. XXXII. 10. Athen. XIV. 656. B. Grysar. de Graec. trag. circa temp. Demosth. p. 24. Crusius in lex. s. v., *ΚΑΛΛΙΠΠΟΥ* n. 2620. 2. *τοῦ Καλλίπης πύργου*, *Καλλιπάδης*

n. 3064. 21. v. II. p. 652. b. Contra *Ἱπομέδων* n. 2. 5. ex usu est remotae antiquitatis, de quo egit Boeckh. p. 4. a. *Ξάντιππος* in marmore Pario v. 69 soli quadratario imputandum videtur. Ad propositum ut redeam, vide praeterea de Apollodori fabula, cui nomen *Θηριππίδης* erat, Meinekium fragm. Com. Gr. I. 468. Tum *Σήριππος* est n. 1260. 13. p. 630. b. p. 916. b. *Λεόνιππος* ap. Memnonem in Photii bibl. p. 237. b. 39 Bekk., qui homo *Λεόντιππος* videtur scribendus esse. Ille autem *Ἄρνιππος* si Boeotus esset, etiam facilius more quodam patrio se tueretur. Multa enim Boeoti nomina ab *ἀρνός* et *μῆλον* s. *μεῖλον* repetierunt, v. Boeckh. v. I. 720. a. n. 1593. 8 *Ἀρνοκλεῖος — Ἀνθαδονίω*, n. 1569. a. II. 14 *Ἄρνων Πολυκλεῖος* Orchomen.

§. 26. *Ἄνθιππος* Boeotus n. 1569. b. 8. p. 746. b. num vere hoc nomine appellatus fuerit dubium potest videri. Boeckhius ex Rosio dedit *ΑΝΘΙΠΠΟΣ*, Osannus *ΑΜΦΙΠΠΟΣ*, quod nomen mihi adhuc incognitum quum *ἀμφίππους* (Harpocrat. II. 418 Lips.) noverim, Viscontus .... *ΘΙΠΠΟΣ*. Facili negotio coniicias *Ξ]άνθιππος*. Verum probo quod sapienter Boeckhius tenuit *Ἄνθιππος*, cuius nominis significationi simillimam habet nomen *Ἱπποθάλης* n. 187. I. 4. n. 1360. 4. Etiam poeta comicus *Ἄνθιππος* fuit, v. Athen. IX. 409. E. *τί τοιοῦτον ἐξεῦρεν ὁ παρὰ Ἀνθίππῳ τῷ κωμικῷ μάγειρος ὃς ἐν τῷ Ἐγκαλυπτομένῳ τοιάδε ὠγκώσατο.* Sed homines docti certatim expulerunt Archippum aut Anaxippum substituentes, cf. Meinek. p. 470. Apud Thucyd. V. 19. 24 hodie vulgatur *Ἄντιππος*, olim erat *Ἄνθιππος*. *Ἀνθίππη* est apud Parthenium c. XXXII. Apollodor. II. 7. 8. 3.

Ἀλλήτιππος n. 353. II. a. 1. non puto sanum

esse nomen. Boeckhius p. 420. b. haec annotavit „Fourmontus in alterius partis apographo *ΛΑΛ.ΤΙΠ.ΟΣ*, alterum *Π* inserui ex Poc(ockio). Hic praeterea quarto loco *Π* praebet. Sed Fourmontus in apographo decreti hoc loco habet *ΛΑΛΗΤΙΠΛωΟΣΠΑΙ*, unde primum *Λ* et deinde *Η* assumpsi“. Equidem inde *Μελήσιππος Παι(ανιεύς)* eliciendum esse suspicor; *Χαιρέας Μελησίππου* eiusdem demi habetur n. 199. I. 30. Pro certa tamen hanc coniecturam non vendo.

Τλήσιππος ex Bergkii restitutione Comment. p. 52 scribendum esset ap. Photium lex. *Θουριομάντεις· τοὺς περὶ Λάμπωνα. τὴν γὰρ εἰς Σύβαριν ἀποικίαν οἱ μὲν Λάμπωνι ἀνατιθέασιν, οἱ δὲ Ξενοκρίτῳ, οἱ δὲ τῷ Χαλκιδεῖ Διονυσίῳ, οἱ δὲ Καθάριοι τῷ Λάκωνι, οἱ δὲ Πλησίππῳ Ἀθηναίῳ.* Sagaciter in his Bergkius coniecit *οἱ δὲ [τῷ] χαλκῷ Διονυσίῳ* (v. Boeckh. Oecon. civil. Ath. II. 136. Athen. XIII. 602. C. ubi diserte Atheniensis dicitur; Chalcidensem fuisse qui Athenis civitatem accepisset aut *Χαλκιδέα* a poeta comico Photii auctore appellatum esse, quem vulgo *Χαλκοῦ* cognomine insignirent, parum est credibile); tum *Καθαρείῳ* ille s. *Καθαρίῳ*, quod nescio quo modo mihi non satisfacit, fortasse *Κανθάρῳ* vel *Κανθαρίωνι* praestat. Nec placet *Τλησίππῳ* sed *Πληξίππῳ*, v. Apollodor. I. 7. 10. Ovid. Metam. VIII. 440. Meinek. l. l. p. 315. 36. Idem Osannum proposuisse sero ex Addendorum angulo ap. Bergk. p. 440 intellexi. — Posses etiam *Κλησίππῳ* coll. C. I. vol. II. 43. b. n. 2584. 3. n. 2605. 2. modo *Κ* et *Π* facilius inter se commutari potuissent quam *Σ* et *Ξ*.

§. 27. *Εὐρίππη* n. 947. 1. 4 et *Εὐριππίδης Ἀδειμάντου Μυῤῥινούσιος* n. 213. I. 25 satis mira visa

sunt nomina. Nec tamen correxit Boeckhius et unum altero defenditur, ut qui cautus est criticus abstineat a corrigendo, *Εὐξίππη*, *Εὐριπίδης*. Prius nomen alibi non repertum Wyttenbachius ex duobus codd. Paris. Plutarcho, qui dicitur, restituit Narrat. Amat. III. p. 78. 13 Winck. Probavit emendationem nuperus editor, olim erat *Εἰξίππη;* malo *Ζευξίππη*.

Ea autem quae ex inscriptionibus petii nomina ratione sanari possunt minime violenta. Scribe modo *Εὐρίππη* et *Εὐριππίδης*, v. Pausan. VIII. 14. 4. *ἱδρύσασθαι (Ὀδυσσέα) μὲν ἱερὸν ἐνταῦθα (ἐν Φενεῷ) Ἀρτέμιδος καὶ Εὐρίππαν ὀνομασθῆναι τὴν θεόν, ἔνθα τῆς Φενεατικῆς χώρας εὗρε τὰς ἵππους*. Magnopere mihi hanc medelam placuisse, quum primum Pausaniae verba adhibuissem, ingenue fateor. Sin aliter aliis visum fuerit, non obstabo quominus illa ab *εὐρύς* et *ἵππος* repetantur, ut sint pro *Εὐρυΐππη* et *Εὐρυϊππίδης*. Certe eodem modo *Εὐρώπη* videtur dicta esse, de qua cf. Welcker. Ueber eine cret. Colonie in Theben p. 15 sqq. Sophocl. Captivar. fr. V (37 G. Dindorf.) *μακρᾶς Εὐρωπίας*. Tum porro hic afferri potest qui inter Archontes Atticos recensetur *Εὔθιππος* eponym. Olymp. 79. 4. Is ita appellatus est in marm. Par. n. 2374. 74. A Diodoro Sic. XI. 75 vitiose *Εὔιππος* dicitur; annotavit ibi Wesselingius v. IV. 543 Dind. hominem, qui a Plutarcho Cimon. XVII (*Εὐθίππου τοῦ Ἀναφλυστίου*) commemoretur, videri eundem, genuinam autem lapidis esse scripturam. Fuit quum opinabar, in chronico pro *ΕΥΘΙΠΠΟΣ* legendum esse *ΕΥΦΙΠΠΟΣ*, ubi *Εὔφιππος* foret pro *Ἔφιππος* (quod quidem nomen usitatum est, v. n. 1640. Meinek. p. 351) quemadmodum *εὔφηβος* reperitur pro *ἔφηβος*, cf. Boeckh.

C. I. p. 375. b. Welcker Zu der Sylloge Epigr. Graec. p. 61. Hesych. v. *εὔφαλον, εὔφαπτον*. Diodorum autem ita corrigebam, ut pariter *Ἔφιππος* scriberem. Verum iam nihil novo. *Εὔθιππος* est ab *εὐθύς* et *ἵππος;* compara nomen *Εὐθίας*, de quo v. Vales. ad Harpocr. II. 288 Lips. Phot. lex. s. v. Consimili ratione composita sunt *Θράσιππος* ap. Isaeum de Nicostr. hered. §. 27. et *Βάθιππος*, Schaefer. App. Demosth. III. 12.

Ἥνιππος Ἡνίππου in columna sepulcrali est Attica n. 952. Cogites de nominibus *ἡνίον* et *ἵππος*, uti Boeckhio n. 912 *Ἁμαξάνιος Ἁμαξανίου* doricum visum est esse pro *Ἁμαξήνιος*, quod sit ex *ἅμαξα* et *ἡνίον*. Fortasse tamen nomen non est integrum et fuit olim

Κλ]ήνιππος
Κλ]ηνίππου.

Κληνίππα i. e. *Κλεινίππα* habetur n. 1934. 2 in titulo insulae Zacynthi.

§. 28. Qui *Χάριππος Χαρίππου Φαληρεύς* est n. 172. III. 6 quum in Nominum Propr. Indicem a me inferretur, admonuit me loci cuiusdam apud Plutarchum, quo eiusdem nominis hominem coniectura satis probabili ex inferis excitare mihi visus sum. Illius verba in vita Periclis XXXVI. 12 sunt haec: *τὸ δὲ μειράκιον — ὁ Ξάνθιππος ἐλοιδόρει τὸν πατέρα, πρῶτον μὲν ἐκφέρων ἐπὶ γέλωτι τὰς οἴκοι διατριβὰς αὐτοῦ καὶ τοὺς λόγους οὓς ἐποίει μετὰ τῶν σοφιστῶν. Πεντάθλου γάρ τινος ἀκοντίῳ πατάξαντος Ἐπίτιμον τὸν Φαρσάλιον ἀκουσίως καὶ κατακτείναντος, ἡμέραν ὅλην ἀναλῶσαι μετὰ Πρωταγόρου διαποροῦντα, πότερον τὸ ἀκόντιον ἢ τὸν βαλόντα ἢ τοὺς ἀγωνοθέτας κατὰ τὸν ὀρθότατον λόγον αἰτίους χρὴ τοῦ πάθους ἡγεῖσθαι*. Ita nuper Sintenisius

dedit: „Exhibui“ inquit „locum ut legitur in quibusdam Stephani: vulgo *πεντάθλου γὰρ ἵππον ἀκοντίῳ πατάξαντος Ἐπιτιμίου τοῦ Φαρσαλίου ἀκουσίως καὶ κτείναντος.*“ Idem in priore editione p. 248 ita erat commentatus: „Vulgata scriptura etsi inanitas disceptationis ac perversitas videri potest aliquando augeri, vix tamen arbitror fore qui bestiam requirat. Nam inepta esset scriptoris diligentia vel eius nomen, cui occisus esset equus, diserta commemoratione conservare vel quinquertionem illud facinus invitum commisisse affirmare. Nisi forte id ipsum ad perversitatem disceptationis demonstrandam consulto sic institutum esse putabimus“. Illam Stephani scripturam, quam in utraque editione Sintenisius expressit, ex codice Parisino n. 1676 petitam esse, amicus quidam, qui hunc librum meo rogatu inspexerat, certiorem me fecit. Verum tamen improbabilem eam esse argumentis demonstrabo non levibus.

Possit quidem equi mentio cum homine Thessalo videri bene convenire, nam eius patria per omnem antiquitatem *ἱπποτροφίαις* erat famosissima. Sed nihilominus, quod acute Sintenisius animadvertit, miri aliquid hoc loco equi commemoratio habet, propterea quoque quod qua ratione in exercitatione gymnastica adfuerit non intelligitur. Quod Sintenisius non vidit alterum est hoc: offendit in vulgata lectione, quod quinquertionis nomen omissum est, quum vel eius sit conservatum, cuius equus ab illo invito occisus erat. At mirum tamen est, *ἵππον* in optimis reperiri codicibus, eius loco *τινος* substitutum esse in libro fidei non admodum certae. Omnibus his difficultatibus succurrit, qui mecum censet a Plutarcho tali fere modo scriptum fuisse: *πεντάθλου γὰρ Χαρίππου*

ἀκοντίῳ πατάξαντος Ἐπίτιμον τὸν Φαρσάλιον ἀκουσίως καὶ κατακτείναντος. — Iam primum causam lucramur aliquanto graviorem et digniorem, in qua disceptanda cum Protagora (v. Bergk. Comment. p. 101) Pericles diem totum consumeret. Deinde facilis est ad indagandum corruptelae progressus. Etenim culpa librariorum negligenter scribentium primum post *γάρ* excidit syllaba *Χαρ*; postea alii, ut aliquam restituerent sententiam, emendaverunt *ἵππον* et in sequentibus *Ἐπιτίμου τοῦ Φαρσαλίου*. Alii rursus, quibus omnis bestiae mentio absona videbatur eiecto *ἵππου* et *ἵππον*, iusto audacius ex ingenio dederunt *τινος*, accusativum *Ἐπίτιμον* intactum reliquentes. Nimirum graecum est nomen *Ἐπίτιμος*, non *Ἐπιτίμιος*, v. Demosth. epist. V. ab in. a Schaefero allatus et C. I. n. 1588. 4, ut *Ἔντιμος* est (Athen. II. 48 D), non *Ἐντίμιος*. Particula autem *γάρ* saepius corruptionis ansam dedit. Ita *χάρμα* pro *γάρ* Iacobsius Philemoni reddidit Lection. Stobens. p. 17, et *παρόντων* pro *γὰρ ὄντων* Schaefer coniecit ap. Diod. Sicul. XV. c. 53. 85 legendum esse. Denique si quis syllabarum concursum *γὰρ Χαρ* aegre ferat, ego non multum obstabo, quominus *Χαιρίππου* scribatur. *Χάριππος* et *Χαίριππος*, quod utrumque satis frequens proprie unum est idemque nomen, v. Schaefer. App. Demosth. V. 519. *Χάριππος* dicitur ab Aeliano Var. Hist. I. 27, cui apud Athenaeum X. 415. E. v. II. 917 Dind. in nonnullis certe codicibus *Χαίριππος* nomen est. Ita etiam *Χάρων* et *Χαίρων* inter se confusa sunt, v. Sturz. Hellanic. p. 19 et supra §. 9. *Χαίριππον* insuper Crusius ex Aristoph. Nubib. 64 attulit, add. Menandri fragm. ap. Athen. XIV. 644. F et Chaerippum ex Cicerone ad Famil.

XII. 22 in fine, ad Attic. IV. 7. V. 4., ad Quint. Fratr. I. 1. 4. Χάριππος est apud Andocid. de myster. §. 35. Χαριππίδης n. 2338. 105 vol. II. p. 271.

§. 29. Post haec indicem dabo nominum aliquot, quae in Crusii lexico frustra quaeruntur. Ea pleraque ex inscriptionibus petita sunt. Ἀγάσιππος n. 2156. Ἀγέλιππος n. 3066. 3. Ἀγησιππίας τῆς Ὀνασίωνος n. 1368. 9. Ἀθήνιππος Ἀθηνίππου n. 115. II. 24. n. 292. 20. Idem fortasse n. 807, ubi ...ΗΜΙΠΠΟΣ est in marmore. Ἱππίας Ἀθηνίππου Ἁλικαρνασσεύς ap. Demosth. adv. Lacrit. §. 20. §. 34. Αἰρήσιππος ὁ Σπαρτιάτης Athen. VI. p. 251. F. Ἄλκιππος ap. Crusium auctore caret; vide C. I. n. 165. II. 8. n. 1416. I. et de κάππα in hoc nomine ut in similibus (Λεύκιππος — Λεύχιππος Bachmann. ad Lycophr. Alex. 850 p. 184) servato Gieseum Ueber den aeol. Dialect p. 332. Ἀμύδριππος n. 165. II. 20. Ἀρέσιππος in titulo quodam Attico, qui rem navalem illustrat. Ἀρχίππα n. 1211. I. 15. Ἀρχίππη n. 155. 8. n. 560. 2. Demosth. in Stephan. I. §. 28. Ἀρχιππίδης n. 1570. a. 2. Γνώσιππος Athen. IV. 168 D. Γόργιππος Γοργίππου n. 1251. I. 1. 4. n. 1357. 2. n. 1654. 1. Γοργιππίδας n. 1248. III. 12. Λάμιππος n. 1260. 21. n. 1262. 16. n. 1356. 2. n. 1361. 2. n. 1433. 9. n. 1513. 46. Λείνιππος eod. tit. quo Ἀρέσιππος. Λεξίππα n. 1608. b. 6. 12. 17. Λέρκιππος v. Ἀρέσιππος. Stobaeus III. 413. Λωρίππη Etym. Magn. p. 293. 36. Εἰρήνιππος n. 99. III. 2. Ἐράσιππος n. 171. I. 1. p. 304. a. n. 665. 1. Crusius ex Apollodoro apposuit. Idem, ut in transcursu moneam, non habet nomen Ἐρασιφῶν, v. Lysias περὶ δημος. Χρημ. §. 2. §. 3. Ἑρμιππίς n. 385. 13.

n. 391. 4. Ζώϊππος apud Polyb. VII. 2. 1. et Livium XXIV. 5. Θέρσιππος n. 151. 4; apud Crusium ex Arriano II. 14. 4. Ἱπαρμόδωρος Plataeensis ap. Lysiam κατὰ Παγκλέωνος §. 5. Ἱππάφεσις Athen. XIII. 586. E. Ἵππεος n. 541. 1. Ἵππη meretrix Athen. XIII. 583. A. Ἱππῖνος n. 1608. f. 21. Ἵππις n. 1565. 14; idem puto nomen quod Ἱππίας. Ἱππόξενος n. 1570. b. 8. Ἱπποστράτη n. 808. 5. Ἱππώνιος n. 1513. 41. Καλλίππη n. 155. 10. 53. Κενθίππη τόπος Ἄργους Etym. Magn. p. 503. 33. Κλεῖππη n. 3094. 7. v. II. p. 681. b. Κλείνιππος n. 115. II. 27. Κλήσιππος n. 2584. 3. n. 2605. Κρατήσιππος n. 1260. 1. n. 1413. 2. Λυσιππίδης n. 172. IV. 25. Μελήσιππος n. 199. I. 3, cf. vol. I. p. 420. b. Μνασίππα n. 1633. 2. Μνήσιππος n. 115. II. 21. Νεαρίππη n. 155. 11. Νεικιππία n. 1447. II. 4. Νεικιππίδας n. 1254. 10. n. 1249. IV. 4. Νόθιππος Athen. VIII. 344. C. Ὄρριππος n. 1050. 1. Πάσιππος n. 345. b. Πεισίππος n. 166. b. I. 5. n. 1260. 12. Πολυίππη n. 150. A. 26 p. 235. b. Πύθιππος n. 183. II. 10. Ῥόδιππος n. 1584. 14. Ῥοδίππην Crusius ex Aristophane petiit Lysistr. 370. Σήριππος v. supra §. 25. ad fin. Σοίξιππος n. 1457. 2. Σώϊππος n. 834. 2. Ita Σώανδρος, Σωγένης, Σωκλῆς, Σώπατρος alia. Τελέϊππος n. 1120. 2. 4. 8. Τελεσίππη Schaefer. App. Demosth. V. 109. Τρεψιππιδίαο n. 1575. 7. Τύχιππος n. 1241. I. 22. Φανάσιππος n. 1936. 20. Φείδιππος nomen ex Homero cognitum est in tit. n. 100. 22. n. 213. III. 18. n. 1260. 33. Ἡμεροδρόμον illum Φειδιππίδην dictum fuisse, non Φιλιππίδην, Grae-

fenhan demonstravit Allgem. Schulzeit. 1828. II. Abtheil. n. 68. Add. Frommel ad Schol. Aristid. p. 51. Ita *Φειδόλαος* apud Plutarchum de genio Socr. VIII. 282. 284 Reisk. *Φιλίππα* n. 1678.

CAPUT III.

Nomina, quae dicuntur, decurtata.

§. 30. Iis quae §. 24. super variis nominum quorundam formis disputavi, addere nonnulla iuvat de nominibus, quae contractionem aliquam videntur passa esse. Hic primum nobilissima illa gens Attica sacerdotalis *Λυκομιδῶν*, de qua Bosslerum conferri iubent de gentibus et famil. Att. sacerd. p. 39 sqq., se nobis offert. Eos *Λυκομίδας* dictos fuisse, non quod vulgo putabatur, *Λυκομήδας*, post alios ut Meursium Lect. Att. II. 19 et Boeckhium C. I. v. I. p. 441. b. p. 443. a. v. II. p. 650. a. docta annotatione Sintenisius ad Plutarchi Themist. c. I. p. 8 sqq. probare studuit. „Difficilius est" pergit „de forma ipsa dicere, quum talia nomina, quorum forma patronymica possit haberi, *Lycomos* vel *Lycomis*, non videantur in usu fuisse, ut ego quidem nullam viam relictam esse videam, qua formae ratio et origo explicetur, quam hanc, ut decurtata esse existimetur ex plena et legitima altera *Λυκομηδίδαι* per brevitatis studium Graecis admodum familiare; quam et Hermanni olim mihi significatam memini esse suspicionem et satis approbant exempla quae Matthiae attulit Gr. Gr. p. 214. v. I. Homer. Iliad. IV. 488 *Ἀνθεμίδης* pro *Ἀνθεμιωνιάδης*,

Herodot. V. 92 *Ἠετίδης* pro *Ἠετιωνιάδης* aliaque, quamquam illa etiam aliam admittunt explicationem, de qua post Tiber. Hemsterhuysium ad Schol. in Aristoph. Plut. p. 207 dictum ab L. C. Valckenaerio ad Herodot. V. 92, neque inutiliter conferas quae de eiusmodi formis a poetis decurtatis scribit Etymologus p. 210. 11." De nomine *Λυκομίδαι* ipso quidquid statuitur, certe non multum exempla a Sintenisio allata probant, neque id illum fugit. Nam quod *Ἀνθεμίδης* apud poetam omnium antiquissimum est pro *Ἀνθεμιωνιάδης*, eum a quo id nomen repetitum est et *Ἀνθεμίωνα* et *Ἄνθεμον* olim appellatum fuisse, sine erroris periculo cum Dammio in lex. Homer. p. 1261. b. Rost. statui potest. Ita *Ἴασος*, *Ἰάσιος*, *Ἰασίων* prorsus idem fuit nomen, v. Valcken. ad Schol. Eurip. Phoen. v. 152. Verheyk. ad Antonin. Liber. p. 167 Teucher. Sturz. praef. III. 8. Porro diversa sunt et aliena ab hac causa nomina *Σωκλῆς* sive *Σωσικλῆς*, *Σώπατρος* s. *Σωσίπατρος* alia, quae attigit Valcken. ad Herodot. l. l. et ad VIII. 11. Bentleius ad Terent. Phorm. V. 2. 18. Frommel ad Schol. Aristid. p. 63. In quo etiam hoc debet observari, interdum tales formas breviores solis librariis deberi scripturae compendia minus gnaviter explentibus. Sed ante Sintenisium, quod is non habuit cognitum, eidem nomini explicando Lobeckius curam impendit Aglaoph. p. 982. Docte is annotavit, *Λυκομήδας*, nam etiam haec reperitur forma, eodem modo dici potuisse, quo *Βαθυμῆδαι γένος ἐπὶ Λυδίᾳ* apud Hesychium ex *Βαθυμηδίδαι* sive *Βαθυμηδεῖδαι* (v. Addend. p. 1357) videantur contracti esse. Quamquam lapidi, in quo Iota apparet certissime Corp. Inscr. n. 383 nihil Lobeckius derogatum vult. *Λυκομῆδαι* autem posteri *Λυκομήδους*,

quem Scholiasta Aristid. p. 109 Frommel. commemoravit, diversum nisi fallor a Lycomede ap. Plutarch. Vit. X. Orat. Lycurg. p. 66. 12. p. 94. 3 Westerm., pari modo nuncupati fuerint atque sacerdotes *Βούτης* et *Βουζύγης* (vid. supra §. 9.) cognomines heroibus Butae et Buzygae. Haec fere summa est disputationis Lobeckii, qui utra alteri formae praeferenda sibi videatur non addidit, nec satis convenienter meo iudicio comparationem cum Bute et Buzyge instituit, quum *Λυκομήδης* generis *Λυκομιδῶν* auctor heroico cultu honoratus quod sciam non fuerit. Melius puto *Μεγάβυζος* Ephesiorum sacerdos conferri potuit. Id enim nomen dignitatis sacerdotalis solemne fortasse ab antiquiore quodam Megabyzo, qui summa cum laude in hoc munere sit versatus, ad successores propagatum venit —; hoc certe docet memoriae vetustae fides, saepius usu venisse, ut primi sacri ordinis auctoris nomen ad posteros demanaret. In Olba Iovis templum *Αἴαντος ἵδρυμα τοῦ Τεύκρου*, unde *οἱ πλεῖστοί γε τῶν ἱερευσαμένων ὠνομάζοντο Τεῦκροι ἢ Αἴαντες*, Strab. XIV. p. 989 [c. V. T. III. p. 227 Tauchn.] Hemsterh. ad Lucian. Timon. XXII. v. I. p. 385 Bipont.

§. 31. Ad Lobeckii autem rationem ea accedunt proxime, quae Westermannus in censura Themistoclis Plutarchei a Sintenisio editi (v. Iahn. Annal. 1837. XXI. 3. p. 274—5) contulit. Litem diiudicare nec Westermannus voluit; hoc tamen habet novi quod ex Etymologico Magno nomen *Θρασυμίδης* protraxit. Locus, quem non indicavit accuratius, est p. 165. 55. Nunc paucis accipe, quid mihi videatur. *Λύκομον* aliquem olim fuisse gentis *ἀρχαγέτην*, ut est *Δίομος* (v. Welcker. Tril. Aeschyl. p. 169), vel ideo parum est credibile quod diserte *Λυκομήδης* generis auctor traditus est. Verum quum in tit. scriptum sit liquide *ΛΥΚΟΜΙΔΩΝ*, apud Plutarchum autem Them. c. I. bis *Λυκομῆδαι* in codicibus qui collati sunt omnibus, etsi pauci ii sunt, compareant: duplicem eiusdem nominis formam et *Λυκομίδαι* et *Λυκομῆδαι* in usu fuisse non improbabile censeo. Alteram, in qua est Iota, apud gentem ipsam receptam fuisse propter inscriptionis fidem putaverim. Porro ut non dubito, quin decurtata sit forma, ita contractionis causam in euphemiae quadam lege quaerendam esse arbitror, ex qua Graeci mallent *Βαθυμῆδαι*, *Λυκομῆδαι* s. *Λυκομίδαι*, *Θρασυμίδης* dicere quam *Βαθυμηδίδαι*, *Λυκομηδίδαι*, *Θρασυμηδίδης*. Nec tamen nego usurpatas esse formas, qualis est exempli gratia *Βαθυμηδίδης*. Ita habetur *Μεγαμειδίδης* Hymn. in Mercur. v. 100. Sed rara eiusmodi formatio fuerit. Similis ratio, non prorsus eadem, observabatur in patronymicis, quae in *είδης* vel *ίδης* exeunt. Nova enim terminatione ea non augebantur, ut v. c. non diceretur *Ἡρακλειδίδης* sed *Ἡρακλείδου υἱός* (v. Thiersch. Gramm. Gr. §. 139. 4. adn.) vel eadem significatione *Ἡρακλείδης*, cf. Meineke ad Theocrit. p. 168.

§. 32. Restant alia quaedam brevioris quam originis ratio poscebat formae nomina. Caute tamen agendum, ne huc referantur quae alius sunt generis. Ita *Ἑλλάνικος* non est pro *Ἑλλανόνικος* contractum nomen, quae Osanni fuit sententia Syllog. p. 221; sed recte Lobeckius ad Phrynich. p. 670 statuit, in hoc nomine illam in componendo rationem conspici, quae primam et adumbratam formam referat. Comparat simul nomina *Ἀρτεμίδωρος*, *Ποσείδιππος*, *Ὀνομάκριτος* alia. *Ἑλλανόδικαι* fictum est a Graecis; *Ἑλλανόνικος* for-

tasse vel ideo reiecerunt ut syllabas *νονι* evitarent, quamquam iidem patienter v. c. *Μεμνονίδης* tulerunt. Iota autem nominis *Ἑλλάνικος* longum esse complures nuper docuerunt, v. Krueger Untersuchung. üb. d. Leben d. Thucyd. p. 28 n. 3 et Meineke Fragm. Com. Gr. I. p. 249. 37. Addo ibi illatis nomen *Ἁρμόνικος* C. I. n. 1260. 6. n. 1347. 2 sive *Ἁρμόνεικος* n. 1249. IV. 15. 17. n. 1346. 2 p. 657. b. Hinc simul intelligitur, Sturzium erravisse Hellanic. fragm. p. 37, ubi in opusculis p. 27—29 uberius se demonstrasse scripsit, nomen illud non ex *Ἑλλάς* s. *Ἕλλην* et *νίκη* compositum esse, sed adiectivum esse gentile *Ἑλληνικός*, dorica forma *Ἑλλανικός* et quod in multis nominibus propriis fieri soleat, accentu in penultimam retracto, *Ἑλλάνικος*. Opuscula ego in usum meum conferre non potui; sed puto a Sturzio locum dici praef. II. p. 10. „Saepe in his nominibus, quae gentilitia sunt, ubi propriorum loco ponuntur, retrahitur accentus ex ultima syllaba in penultimam. *Ἑλλανικὸς* enim videtur proprie nihil esse nisi *Ἑλληνικός*, h. e. homo Graecus, sed ubi vim nominis proprii accipit, scribitur *Ἑλλάνικος*". Quae in brevius contracta laudavit nihil monens Ch. D. Beckius Comment. Soc. Philol. Lips. I. 2. 228.

Sed faciunt ad comprobandam formam *Λυκομίδαι* s. *Λυκομῆδαι* pro *Λυκομηδίδαι* nomina *Χαρίλαος* s. *Χάριλλος*, *Περίλαος* s. *Πέριλλος*, alia haud pauca, de quibus §. 37. exponetur. Porro contractionis, si fidem habes Fourmonti schedis, non absimilis exemplum est in titulo n. 1241. 11 *Δαμακίων Δαμακίονος Φιλέρωτι Κ*, qui idem homo n. 1288. 3 *Δαμανικίων Δαμανικίονος Φιλέρωτι Κ* dicitur, v. Boeckh. I. p. 619. b. p. 638. b. Alia Schwenckius in libro „Etymol. mythol.

Andeutungen" congessit. Ex eius sententia est *Μουνυχία* pro *Μουνουχία* p. 224, quod Welcker comprobavit p. 334, *Καλλῖνον* esse *Καλλίλινον* idem censens. *Πολύγιος* primum fuit *Πολυλύγιος* p. 133. p. 334; *Πολυδευκής* porro ortum ex *Πολυλευκής*, Pollukes, Pollux p. 149. p. 193. p. 334; *Πολυξώ* ex *Πολυλυξώ* p. 196. Eidem Schwenckio Mus. Rhenan. 1837. V. 3. p. 397 *Semones* dicti esse visi sunt pro *Sememones* ex semi hemo. *Τετρᾶχμον* loco plenioris nominis *τετράδραχμον* habetur aliquoties in tit. n. 1570. b., cf. Boeckh. I. p. 753. b. p. 723. b. Osann. Syllog. p. 221. Lobeck. ad Phrynich. p. 671. Welcker ad Schwenck. libr. p. 334. Ibidem tamen quod is protulit *χαλκόπτης* non est pro *χαλκοκόπτης*, cf. Boeckh. ad tit. n. 837. 1. p. 521. b. Nec scio num cum Osanno Syllog. p. 487. p. 499 pro explorato habendum sit, *Restutus* in Latinis quibusdam inscriptionibus idem esse quod *Restitutus*.

CAPUT IV.

Nomina quaedam male suspecta.

§. 33. In titulo Attico n. 284. I. 34 inter epengraphos *Ὀλυπικός* quidam recensetur, quam nominis formam prudenter editor clarissimus servavit, quum Corsinus olim de suo ut arbitror *Ὀλυμπικός* exhibuisset. Fuisse formam *Ὄλυπος* iam antea Schwenckius erat suspicatus Etym. mytholog. Andeut. p. 49, cui stabiliendae ea quoque adhiberi possunt quae de littera *Μῦ* in nominibus nonnullis nunc inserta nunc omissa ante reliquas labiales

Welcker Trilog. Aeschyl. p. 609, Boeckhius C. I. v. II. p. 713. b. ad n. 3148. 28, Schaefer App. Demosth. I. 202. contulerunt. Vide insuper Seidlerum de Vers. Dochm. p. 25. 6 not. p. 221 et Hermann. Elem. Doctr. Metr. p. 47. Quos viros doctos si consulueris, intelliges apud Thucydidem V. 19., ubi in multis codd. est *Λάμφιλος*, male Popponem et Goellerum scripsisse *Λάφιλος*, quo nomine idem homo appellatur c. 24. Nam *Λάφιλος* et *Λάμφιλος*, i. e. *Φιλόλαος*, prorsus idem est nomen, sed varie pronuntiatum.

Ὀλυπικός autem ne forte arbitreris merum lapicidae esse errorem, en aliam suppedito formam simillimam ex inscriptione petitam n. 3155. 8. Ibi in marmore est *ΝΥΦΟΔΩΡΟΣ*, pro quo Boeckhius *Νυ[μ]φόδωρος* edidit; verum interpositum *Μῦ* non videtur requiri necessario. Quodsi appellativum *νύμφη* apud poetos Atticos correpta syllaba priore aliquot locis legi satis est exploratum, cf. Hermann. ad Sophocl. Antigon. 1115 et C. Schmidt. de praepositionibus Graecis p. 39, dubito an scribendum sit *νύφη*. Nec absonum videtur pari medela Euripidis loco succurrere Hercul. Fur. 1295 Herm. (1275). Ibi haec Herculis de sorte sua querentis verba vulgo feruntur:

Χορευέτω δὴ Ζηνὸς ἡ κλεινὴ δάμαρ,
κρούουσ' Ὀλυμπίου Ζηνὸς ἀρβύλῃ πόδα.

Alii aliter emendare conati sunt, v. editionis quam Matthiae curavit, v. VIII. p. 400. Facillimum est, si quid video, scribere

κρούουσ' Ὀλυπίου Ζηνὸς ἀρβύλῃ πόδα.

Ita Iuno saltans prae laetitia, quod tandem de Hercule victoriam retulisset, crepida Iovis Olympii pedem calcare

dicitur. Id cum Musgravio, qui Wyttenbachium conferri iussit ad Plutarch. p. 57. A. (v. I. 367 Lips.), de inambulatione contumeliosa interpretor; nec repetitio nominis *Ζηνός* vi quadam caret, quum Iuno insultare Iovi Olympio deorum hominumque patri cum acerbitate iubeatur.

§. 34. Dici vix potest, quantopere Graecis pulchri et honesti amantissimis nomina ab adverbio *εὖ* incipientia placuerint. Eius generis vel ex primo Corporis Inscriptionum Graecarum volumine plus centum sunt in promtu; quae a lexicographis, ut Crusio, nondum in ordinem recepta, fide tamen lapidum nituntur non dubia. Ea sunt haec: *Εὐαγόρα Αἰσχρωνος θυγάτ.* n. 626. b. 1. *Εὐαίνη* n. 155. 15. p. 248. a. *Εὐαμερίς* n. 1608. c. 16. *Εὐάμερος* n. 1260. 16. *Εὐανθίδας Μικρίωνος Λοκρός* n. 1571. 18. 21. 34. p. 755. b. *Εὐανορίδας* n. 1652. 4. *Εὐαρέστη* n. 945. 1. *Εὐάρης* n. 1583. 3. *Εὔβιος* n. 115. I. 32. n. 150. A. 9. n. 165. III. 54. *Εὐβίοτος* n. 286. III. 5. n. 1061. 2. *Εὔβωλος* i. e. *Εὔβουλος* boeot. n. 1569. a. I. 3. II. 15. III. 28. saep. *Εὐγείτων* n. 165. II. 7. n. 172. III. 55. *Εὐγένης* n. 139. 25. n. 140. 14. 15. 38. *Εὐγενίδας* n. 35. *Εὐγέτα* n. 1608. h. 37. 39. *Εὐγέτων* n. 1575. 6. *Εὐγνώμων* n. 284. II. 37. *Εὐδαιμάκων* n. 1243. 24. *Εὐδαιμοκλῆς* n. 1248. III. 9. n. 1271. 9. n. 1278. 12. n. 1279. I. 16. *Εὐδαιμονίδας* n. 1422. 2. n. 1423. c. 2. *Εὐδαμία* n. 1436. 3. *Εὐδαμίων* n. 267. II. 6. *Εὐδαμόκλητος* n. 285. I. 4. *Εὐδίαιτος* n. 1240. I. 4. *Εὐδόκιμος* n. 1252. 8. 15. *Εὐδοξεὺς Εὐδοξέως* n. 194. I. 11. *Εὐδράμων* n. 81. 3. *Εὐέλπιστος* n. 272. I. 16. n. 284. II. 7. n. 681. 2. n. 1377. 8. n. 1423. c. 1. n. 1533. 12. *Εὐεργέτης* n. 110. 9. *Εὐέχιος*

n. 305. III. 17. *Εὐηθίδης* n. 1772. 9. *Εὐημέριος* n. 1591. b. 23. *Εὐημερίς* n. 845. 1. *Εὔθαλλος* n. 924. 2. *Εὐθήμων* n. 88. 1. n. 89. 5. *Εὔθοινος* n. 165. III. 30. n. 169. II. 51. *Εὐθυμία* n. 708. 1. *Εὔϊος* n. 224. 3. *Εὔκαρπος* n. 187. II. 10. n. 191. I. 13. 18. 34. n. 194. I. 13. 20. n. 244. 4. n. 266. II. 21 saep. *Εὔκλητος* n. 1247. 5. *Εὐκλίδας Εὐκλίδου Ἑρμιονεύς* n. 839. 1. *Εὐκολίνη* n. 781. 7. n. 946. 1. n. 1021. 2. *Εὔκολος* n. 138. 2. *Εὐκρατέα* n. 1207. V. 8. *Εὐκράτεια* n. 1591. a. 5. *Εὐκρίνης* n. 1241. II. 16. *Εὐκτᾶς* n. 305. II. 20. *Ἐὔκτίμενος* n. 1064. 4. *Εὔλογος* n. 286. III. 10. *Εὐμαρίδας* n. 1534. 5. n. 1565. 14. n. 1730. 3. *Εὐμάριχος* n. 1196. 1. *Εὐμάρων* n. 1585. 4. 19. *Εὐμειλίδας* n. 1593. 18. *Εὔμειλος* n. 1569. a. 1. 2. *Εὐμένιος* n. 165. III. 40. *Εὐμηλίδας* n. 1513. 50. *Εὐμητίων* n. 1088. 2. *Εὔμνηστος* n. 359. p. 911. a. n. 470. b. 2. *Εὔνεικος* n. 268. 49. *Εὐνικίδας* n. 1744. 2. *Εὐνόμα* n. 1597. 1. *Εὔνους* n. 1732. b. 46. *Εὐοδιανός* n. 275. II. 21. n. 291. 5. n. 304. 5. n. 1079. b. 4. *Εὔοδος* n. 194. 38. n. 245. I. 7. n. 266. II. 14. n. 269. 10 saep. *Εὐοφελῖνος* n. 1574. 22. *Εὐπαίδειος* n. 184. I. 14. *Εὐπάτωρ* n. 1375. 4. *Εὔπλους* n. 285. I. 8. n. 1211. III. 6. *Εὐποραῖς* n. 1253. 1. *Εὐπορία* n. 731. 1. n. 764. 1. n. 1613. 4. *Εὐπόριστος* n. 184. II. 17. n. 284. III. 14. n. 1240. II. 4. *Εὐπορίων* n. 455. 3. *Εὔπορος* n. 193. I. 24. 32. n. 194. 5. I. 18 saep. *Εὐπραξίδης* n. 285. III. 6. *Εὔπραξις* n. 709. 1. n. 1151. 1. n. 1654. 10. *Εὐπώγων* n. 751. 3. *Εὔστρατος* n. 1728. 1. *Εὔτακτος* n. 268. 6. n. 1497. 1. *Εὐτέλης* n. 168. b. I. 4. *Εὐτυχαία* n. 441. 3.

Εὐτυχᾶς n. 277. 19. n. 284. III. b. 35 saep. *Εὐτυχέστατος* n. 1736. 15. *Εὐτυχιανός* n. 275. I. 58. n. 276. III. 18 saep. *Εὐτύχιος* n. 292. 11. n. 965. 2. *Εὐτυχίων* n. 1294. 5. n. 1364. a. 10. *Εὔτυχος* n. 264. 10. n. 268. 15. 36. n. 275. I. 67. II. 59 saep. *Εὔφαντος* n. 113. 12. n. 158. §. 8. B. 15. §. 10. 33. 40. *Εὐφημίων* n. 1460. *Εὐφίλειτος* n. 1575. 9. *Εὐφραίνετος* n. 158. §. 8. B. 15. *Εὐφρᾶτος* n. 171. II. 38. n. 187. I. 8. *Εὐφρανορίδης* n. 169. I. 18. *Εὐφραντικός* n. 284. III. b. 41. *Εὐφρονίσκος* n. 1574. 24. *Εὐφροσύνα* n. 1207. III. 5. n. 1211. III. 17. *Εὐφρόσυνος* n. 189. 6. 51. n. 191. I. 12 saep. *Εὐφρώ* n. 955. 2. *Εὐχάριστος Εὐχαρίστου* n. 185. 30. n. 191. II. 36. *Εὔχειρ* n. 666. 9. p. 916. b. *Εὔχορος* n. 1576. 5. *Εὐωνυμίδας* n. 1577. 8. *Εὐωνύμιος* n. 200. 19. p. 909. a.

Alia videmus in dubium vocata esse. Ita tit. n. 115. II. 40 exstat *ΕΥΑΙΤΗΣΔΙΝΙΟΥ*, quod nomen est prytanis *Φιλαΐδου τῶν δήμων*. Boeckhius corruptum esse censens dedit *Εὐ..της Δινίου*. Equidem ausim scribere *Εὐαίτης Δινίου*, quocum confero appellativa *ἐξαίτης* et *προσαίτης*. Neque ego cum Meinekio Fragm. Com. Gr. I. 26. de nomine *Εὐέτης* apud Suidam v. *Ἐπίχαρμος* dubitaverim. Notissimus est *Εὐετίων* Atheniensium dux, idemque nomen habetur tit. n. 651. *Καλλιέτης* est n. 1279. II. 13. Item *Εὐάγης*, quod est poetae comici nomen ap. Stephanum Byz. v. *Ὑδρέα*, sanum mihi videtur esse. Quod ne quis corruptum censeat, conferantur *Εὐαγίδης Κησίου Φιλαΐδης*, qui choregus inscriptus est n. 222. 1. et *Εὐάγων ὁ Λαμψακηνός* apud Athen. XI. 508. F.

§. 35. *Θεοχάρης* primum mihi cognitum est nomen ex inscriptione n. 1513. 20. *Νεοκλῆς Θεοχάρ*[*εος*]. Adhibeo ad vindicandam Theocrito lectionem veram Idyll. II. 70, ubi nuper Meinekius edidit

καί μ' ἁ Θευμαρίδα Θρῆσσα τροφὸς ἁ μακαρῖτις
ἀγχίθυρος ναίουσα κατεύξατο καὶ λιτάνευεν.

„Librorum lectio fluctuat inter *Θευχαρίλα* et *Θευμαρίδα*. Meineke nescio qua auctoritate edidit *Θευχαρίδα*" Wuestemanni est adnotatio tenentis *Θευχαρίλα*, quod Scholiasta quoque ante oculos habuit: *ἡ τροφὸς τοῦ Θεοχαρίλου*. Sunt nonnulla nomina dupliciter composita, ut *Εὐδάμιππος* Theocrit. II. 77, *Εὐάρχιππος* alia. Praeplacet tamen, quod Meinekius una mutata litterula (*Λ* pro *Λ*) a. 1825 coniecerat *Θευχαρίδα*. *Θεοχαρίδας* fortasse n. 201. 23 *ΕΥΤΥΧΕυΟΧΑΡΙΧΑC* scribi debet, quo titulo, ut in transcursu addam, *ΦΑΥCΤΕ* superest ex *Φαυστεῖνος*. Ceterum quum Crusius admodum pauca attulerit, quae a *Θεῦ* incipiunt, haec ex inscriptionibus subiungo: *Θεύγνητος* n. 3140. 12. *Θευδιανός* n. 193. I. 15. *Θεύδωρος* n. 1183. 2. *Θευμένης* n. 668. b. 2. *Θευξένα* n. 1547. 1. *Θεύξενος* n. 1702. 17. *Θευπροπίδης* n. 3140. 28. *Θευτιμίδης* ib. 19.

„*Πανταχλῆς* nomen" Goettlingius commentatus est ad Aristot. Polit. p. 302, „de quo videndus est Osann. Syll. inscr. ant. p. 25, apud Atticos rectius *Παντοκλῆς* scribitur." Osannus quidem hoc non probavit, nec voluit probare; sed recte observavit, duplicem huius nominis formam videri in usu fuisse, alteram medio vocabulo per *Ο*, alteram per *Α* scriptam, afferens simul Xenoph. Hellen. I. 3. 1. [add. II. 3. 10], Andocid. de myster. p. 8 Reisk. (§. 15. Bekk.), Etymol. Magn. 589. 49. Stephan.

Byz. v. *Ἀτήνη*, quibus locis est *Πανταχλῆς*, tum *Παντάκλειαν* ex Clem. Alex. Strom. IV. 523. A Sylb. (p. 224. 19); *Παντοκλῆς* autem ex lapide quodam Cyriaci Anconitano. Ego haec utriusque formae exempla ex titulis in schedis meis congesta habeo: *Πανταχλῆς* est n. 171. I. 41, ubi Boeckhius vocalem *Οῦ* a Fourmonto suppeditatam sprevit p. 303. a. Ibid. v. 36 *Πανταχλῆς* recensetur miles occisus ex Antiochide tribu, cuius quum demus *Ἀτήνη* fuerit (v. Boeckh. C. I. I. p. 309. b. Grotefend. de demis s. pagis Attic. p. 19) veri est simile, integram esse Stephani Byz. l. l. scripturam *Ἀτήνη· ὁ δημότης Ἀτηνεύς· Πατροκλῆς Ἀτηνεὺς ἐχορήγει καὶ Πανταχλῆς. Διονύσιος Ἀτηνίαν τὸν δῆμον.* Mitto postrema, quae corrupta visa sunt Meursio corrigenti *Ἀτηνιᾶ*, v. L. Holsten. Not. et Castigat. p. 56. b. De prioribus ita Berkelius disseruit: „In antiquitatibus hic (*Πανταχλῆς*) non est notus. Fortassis scribendum *Πανταρχῆς* (voluit *Παντάρχης*), de quo Pausanias in Eliacis prioribus (V. II. 2.)" Id quidem praeter rem coniecit, praesertim quum ille *Παντάρχης* non Atticus homo fuerit, qualis apud Stephanum requiritur, sed *Ἠλεῖος* (v. Clem. Alex. Protrept. p. 16. 13 Sylb. Mazoch. ad Tabul. Heracl. p. 551). Ambigi tamen potest, qua ratione post Patroclem choregum Pantacles hoc loco commemoretur. In quo pro certo habeo, id nomen vere a Stephano positum esse nec librariis deberi nomini *Πατροκλῆς* hanc scripturae varietatem nescio qua de causa adiungentibus. Neque mihi est dubium, quin ipsa monumenti choregici verba teneamus. Iam ex addita copula, modo integer sit locus, videtur apparere Pantaclem quoque choregum fuisse. Qui si *διδασκάλου* partes aut *αὐλητοῦ* sustinuis-

set, ex usu constanti in eiusmodi titulis *καὶ* abesset, v. C. I. n. 211. n. 212. n. 215. n. 217. n. 221. Nec temere binos choregos statuo; unum certe eius rei exemplum in Atheniensium historia reperitur, de quo Boeckhius monuit Oecon. Civ. Athen. I. 484; alterum est in Boeotio titulo n. 1579. 2. p. 761. 6. Utut haec sunt, nolo Antiphontem silentio praeterire de choreuta §. 11. *ἐπειδὴ χορηγὸς κατεστάθην εἰς Θαργήλια καὶ ἔλαχον Παντακλέα διδάσκαλον.* Unde qui proclivior est ad coniectandum, fortasse opinetur apud Stephanum pro *Πατροκλῆς Ἀτηνεῦς ἐχορήγει καὶ Παντακλῆς· Διονύσιος κ. τ. λ.* olim exstitisse *ἐχορήγει, Παντακλῆς ἐδίδασκε· Διονύσιος κ. τ. λ.* Nuperam geographi editionem a Westermanno curatam inspicere mihi non licuit.

§. 36. Nunc ad institutam de nomine *Παντακλῆς* s. *Παντοκλῆς* disquisitionem revertor. *Παντακλῆς* igitur praeterea habetur n. 1037. 2. in titulo Attico, ubi v. Boeckh. p. 551. a—b. Idem n. 1212. 1. ex elementis superstitibus *ΤΑΚΛΙΙΣ* probabiliter refinxit *Παν]τακλῆς*. De cognomini patre Munychi egit Meursius Lect. Attic. I. 14., cui Harpocrationem v. *Μουνυχία* emendanti, ubi est *Παντευκλεοῦς*, in Lipsiensi certe editione a. MDCCCXXIV nondum obtemperatum est. Add. Sturz. Hellanic. p. 59. et quem attulit Crusius Aristophan. Ranis v. 1036. In inscript. n. 555. 5 editum *Φιλία Παντακλείου Ἀθμονέως*, ubi varia lectio *ΠΑΝΤΑΚΛΕΟΥΣ* p. 491. b. annotata est.

Contra *Παντοκλῆς* non videtur pariter frequens nomen fuisse. *Παντοκλῆς Παντοκλέους Φιλωνίδης* habetur n. 1108. 10. Videmus Graecos et *Παντακλῆς* dixisse et *Παντοκλῆς*, securos de ambiguitate, quae ex

prava syllabarum disiunctione nominis *Παντ|ακλῆς* prodire posset, praesertim quum formam *Παντακλέ|ς* vitasse videantur. Habuerunt iidem nomina *Παγκλῆς* n. 1260. 7 et *Παγκλέων*, de quo v. Lysiam.

Quam modo inter *A* et *O* observavimus variationem, eadem est in nom. *Παντακλέων* et *Παντοκλέων*, cf. e. g. var. lect. Aeschin. in Timarch. §. 156. Etym. Magn. p. 102. 23. *Παντακλέων* C. I. n. 165. I. 7. n. 1590. 29. Quamquam me non praeterit, haec paullo aliter comparata esse, quum *Παντακλέων* in sententiam alienam ac prorsus contrariam detorqueri nequeat.

Παντάμορφος adiectivum dubito num iure Lobeckius intolerandum dixerit ad Phrynich. p. 690. "vel hanc ob causam, quod Graeci non viderentur commissuri fuisse, utrum aliquem *omniformem* an *plane informem* dicerent." Fragmentum Sophoclis ex Troilo apud schol. Pindari Nem. III. 60. (n. 548. G. Dindorf.) est hoc:

ἔγημεν ὡς ἔγημεν ἀφθόγγους γάμους,
τῇ παντα μόρφῳ Θέτιδι συμπλακεὶς ποτέ.

Dindorfius et Schneider Vimar. Soph. v. III. 89. maluerunt cum Lobeckio *παντομόρφῳ*. Equidem alterum non expulerim. Poetae Graeci a talibus non abhorrebant anxie, sed et lectoribus et histrionibus suis hunc habebant honorem, ut confiderent eos recta distinctione et pronuntiatione sententiae integritatem reddituros esse. Notissimus est Euripidis versus in Oreste 273

ΕΚΚΥΜΑΤΩΝΓΑΡΑΥΘΙΣΑΥΓΑΛΗΝΟΡΩ

quae verba ridicule in hunc modum Hegelochus elocutus est:

ἐκ κυμάτων γὰρ αὖθις αὖ γαλῆν ὁρῶ,

v. Porson. et Schaefer. App. Demosth. II. 88. Idem Eu-

ripides, si recte coniecit G. Dindorfius ad Athen. v. III. p. 1369, scribere non dubitavit

κακῶν κατάρχεις τήνδε Μοῦσαν εἰςάγων,

ea Telesphorus quidam in suam ipsius perniciem ita invertit Arsinoen Lysimachi significans:

κακῶν κατάρχεις τήνδ' ἐμοῦσαν εἰςάγων,

cf. Athen. XIV. 616. C. Plutarch. Quaest. Symp. II. 1. 13. cum annot. Hutteni p. 72.

Phoenix autem Colophonius ap. Athen. VIII. 359. F. v. 10. dedit

θεοὶ, γένοιτο πάντ' ἄμεμπτος ἡ κόρη,

quae in codice Veneto (A.) degeneraverunt in πάντα μεμπτός. Similia qui velit conquirere, facili negotio inveniet.

§. 37. In Plutarchi operibus, iis potissimum quae Moralia dicuntur, multorum nominum scriptura vitiosa adhuc circumfertur, potestque de eo scriptore hac ratione non minus aliquis bene mereri, quam in Lucianeis laudabilem diligentiam Iacobus posuit excursu I. ad Alexandrum p. 115—36. In Vitis haud pauca nuper Sintenisius optime constituit; restant tamen in edito volumine primo, quae emendationem videantur exigere. Huc refero locum qui est Licurgi c. III. 24. Χάριλλον ὠνόμασε διὰ τὸ τοὺς πάντας εἶναι περιχαρεῖς ἀγαμένους αὐτοῦ (Λυκούργου) τὸ φρόνημα καὶ τὴν δικαιοσύνην. „Legebatur Χαρίλλαον, item postea (V. 34.) Χαρίλλαον margo Sd (cod. Sangermanensis qui est omnium praestantissimus). cf. interpret. ad Strab. t. 4. p. 293. Wesseling. ad Herodot. 8. 131." Ita Sintenisius, cuius vide praeterea notam ad c. XX. 5. hanc: „Χάριλλος—: Χάριλλος A B (codd. Paris. n. 1671.

1673.) Χάριλος V(ulcobius). Χαρίλας π (Mureti cod. Patavin.) Χαρίλαος vulgo." Tenere editor videtur ea quae G. Hermannus exposuit in libro qui est de inscript. Gr. germanice scripto p. 166: „Die einen nennen ihn ΧΑΡΙΛΛΟΣ, die andern ΧΑΡΙΛΛΟΣ, eins von beiden ist ein Schreibfehler: welches, kann nur durch ein ausdrückliches Zeugniss oder durch eine Dicherstelle ausgemacht werden. Wer aber Χαρίλαος heisst, kann nicht auch Χάριλλος heissen, weil das ganz verschiedne und aus verschiednen Wurzeln entsprungene Namen sind." Verum errasse grammaticorum principem nemo facile negaverit post ea, quae ad illam disputationem Boeckhius more suo breviter respondit C. I. v. I. p. 887. a—b, tres olim fuisse eiusdem nominis formas docens Χαρίλαος, Χάριλλος, Χαρίλος, et etiam copiosius Boeckhio data opera Ebertus Σικελ. v. I. 1. p. 91—98. Rectum fere iam olim Perizonius viderat ad Aeliani Var. Hist. I. 27., id non omnino Coraes est assecutus ad Heraclid. Pont. p. 206. not. p. 351 Χάριλλον] τοῦτον καὶ Παυσανίας καὶ ἄλλοι ἐξ Ἡροδότου λαβόντες Χάριλλον ὠνόμασαν. Στράβων δὲ, Πλούταρχος καὶ ἕτεροι ὀρθότερον, ἐμοὶ δοκεῖν, Χαρίλαον καλοῦσι. Goettlingius ad Aristot. Polit. p. 335. quid sibi videretur non prodidit. Add. Bergk. Comment. p. 8. ubi tamen v. Addenda.

Iam cur loco Plutarchi supra allato Χαρίλαον codicum auctoritate satis munitum servari debeat, in ipsis scriptoris verbis quae deinceps sequuntur causa est posita. Nimirum regius puer ex Plutarchi sententia dictus est Χαρίλαος διὰ τὸ τοὺς πάντας (λαόν) περιχαρεῖς εἶναι (χαίρειν), estque Χαρίλαος eiusdem significationis cuius Λάχαρτος (Plutarch. Cimon. XVII) vel Λα-

χάρης. Aliis autem locis, si librorum manuscriptorum fides poscit, ut hic ex eadem Χαρίλαον appellatum esse regem statuo (v. schol. Plat. de re publ. X. p. 474. 21 Bekk.), ita Χάριλλον eundem, nec tamen Χαρίλλων (v. Ebert. p. 96.), dicere ego non dubito. Id quod cadit in locum c. XX. 5; sed c. V. 34 Χαρίλαος erat retinendum. Cf. Tzetz. Chiliad. VIII. 905, ubi Hoeger Plutarchum contulit de invidia et odio §. 5. Tom. X. 188. de discrim. amici et adulat. c. 16. VII. 179 Hutten.

In titulis Χαρίλαος est n. 222. 2 et fortasse n. 204. 4. Χαρίλος potuerit n. 1207. I. 6 fuisse, ubi ex coniectura Χ[οιρί]λος editum est.

§. 38. Non disparis generis alius est error a Sintenisio commissus ad Plutarchi Alcib. XXIX. 5, quum pro Θρασύλλου, quod est in omnibus codicibus, malit Θρασύλου. Scilicet qui Θράσυλλος dicitur, eundem licet Θρασύλον appellare et Θρασύλαον. Vide Boeckh. l. l. p. 887. 6. Ebert. p. 94—5. Ita sunt Βαθύλαος Ebert. p. 95. Βάθυλλος C. I. n. 267. II. 8. n. 553. Βαθύλας n. 1278. 4. Λέρκυλλος s. Λερκύλος Valcken ad schol. Eurip. Phoeniss. v. 7. Schaefer. App. Dem. II. 480. 542. alia, quae Boissonade ad Aristaenet. p. 441. et Schaefer A. D. II. 342. congesserunt.

Porro Sintenisius frustra opinor apud Plutarchum Themist. XIV. 24 offendit: Ἀμεινίας ὁ Λεκελεὺς καὶ Σωστικλῆς ὁ Πεδιεὺς ὁμοῦ πλέοντες. Ibi is p. 102. edit. prioris, quod Πεδιεύς et sibi et vero etiam Boeckhio a se consulto nomen demoticum esset inauditum, Πειραιεύς autem eiusdem cuius Λεκελεύς tribus haberetur Hippothoontidis, proposuit legendum esse Πειραιεύς, „nam sic probabilem“ inquit „habemus causam quapropter Ami-

nias ac Sosicles una navi vecti fuerint: nempe uterque ad tribum pertinebat Hippothoontidis; tribules vero eodem modo ὁμοῦ πλεῦσαι consentaneum est, quo eosdem constat in pedestri proelio fuisse collocatos.“ Habent haec acute excogitata aliquam veri speciem; vera mihi non videntur. Confer enim Stephanum Byz. Πεδίον· τόπος πλατὺς καὶ ὁμαλός. τὸ τοπικὸν Πεδιεύς· ἔστι δὲ καὶ πεδιὰς φυλὴ τῆς Ἀττικῆς. Ea de tribu licet nihil ego amplius noverim (v. E. C. Ilgen. disquis. de tribub. Attic. earumque partibus specim. p. 45. n. 21.), tamen iam Plutarcho adiectivum eripere non audeo, quod liquido in codicibus reperitur.

CAPUT V.

Nomina falso scripta vel restituta.

§. 39. In Plutarchea Lycurgi vita c. IV. 21 haec sunt: ἐκεῖ—καὶ τοῖς Ὁμήρου ποιήμασιν ἐντυχὼν πρῶτον ὡς ἔοικε, παρὰ τοῖς ἐκγόνοις τοῖς Κρεοφύλου διατηρουμένοις. Ita Sintenisius edidit ex codicibus Parisino n. 1671, Romanis duobus, Veneto, Vulcobio. Vulgata erat Κλεοφύλου, ut ap. Clem. Alex. Stromat. VI. 266. 47 Sylburg. Prope ad verum accedit Κρεοφύλου, genuina scriptura Κρεωφύλου videtur fuisse. Confer Callimachum epigr. VI. v. I. p. 280 Ernesti.

Ὁμήρειον δὲ καλεῦμαι
Γράμμα· Κρεωφύλῳ, Ζεῦ φίλε, τοῦτο μέγα.

eund. epigr. XXXIV. 1. in Jacobs. Anthol. Gr. I. 220.

Κρεωφύλου πόνος εἰμί, δόμῳ ποτὲ θεῖον ἀοιδὸν
δεξαμένου.

Eodem illum nomine dixerunt Plato de re publ. X. 600. C. Stephan. VI. 475 Bekk., cuius cf. comm. crit. II. 106 et schol. p. 421. Bekk., Heraclid. Pont. p. 206 Cor. *καὶ τὴν Ὁμήρου ποίησιν, παρὰ τῶν ἀπογόνων Κρεωφύλου λαβών, πρῶτος διεκόμισεν εἰς Πελοπόννησον*, Strab. XIV. 1. T. III. 171 Tauchn., Tzetz. Chiliad. XIII. 658. *εἰς δ' Ἀρκαδίαν ξενισθεὶς ἐπὶ τοῦ Κρεωφύλου.* Ibi Kiesslingius „rectius" inquit „vocatur *Κρεώφιλος*, v. Kuster ad Iamblich. de vita Pythag. §. 11." Kusteri adeundi mihi non fuit copia; eum probasse quod voluit non credo. Sed item male *Creophilum* dixerunt Sickler Handbuch der alten Geographie II. 263 et Reinhard. Stern in narratione de C. D. Ilgenio (Hammonae 1839. p. 6. ed. I.). „Mag aber Creophilus gewesen sein wer er will." Recte contra Ulrici Gesch. der hellen. Dichtk. I. 431 et qui de aliis eiusdem nominis rerum scriptoribus commentatus est Vossius de Histor. Gr. p. 421. Westermann. *Κρεωφύλου* fortasse scribendum est in titulo n. 199. II. 5. *ΕΤΕΟΦΙΛΟΥ*, quamquam etiam facilius videtur *Ἐτεοφίλου*, ut est I. 26 *Ἐτέανδρος*, quod quidem nomen Crusium fugit. Est autem *Κρεώφυλος* non ex *κρέας* et *φῦλον* repetendum, quod Crusius opinatur in lexico, sed ex *κρέων* et *φυλή*, ut *Κρεώφυλος* idem sit qui *Φύλαρχος*, quod et dignitatis et proprium fuit nomen.

In vita Themistoclis c. XXX. 21 est: *τῆς θεοῦ ναὸν κατεσκεύασεν ἐν Μαγνησίᾳ Δινδυμένης.* Bis ita edidit Sintenisius; in codice Parisino A optimo (n. 1671.) legitur *Δινδυμίνης*, quod a vero *Δινδυμήνης* proxime abest. Ipse Sintenisius in editione singulari p. 191. interpretes Horatii Carm. I. 16. 5. conferri iusserat, qui locus: „*Non Dindymene, non adytis quatit Mentem sacerdotum incola Pythius*" rectum monstrabat. Vide insuper Callimach. epigr. XLV. 2. Iacobs. Anth. Gr. p. 222. v. I. p. 308 Ern.

Ἱερὴ Δήμητρος ἐγώ ποτε καὶ πάλιν Καβείρων,
ὤνερ, καὶ μετέπειτα Δινδυμήνης

et Arcadium de accent. p. 111. 21.

§. 40. Latent adhuc in scriptorum veterum editionibus hic illic nomina propria pro appellativis habita, eaque de causa littera initiali minore scripta, v. Winckelmann. ad Plat. Euthydem. p. XXI. b.

Ita apud Plutarchum Lycurg. XXV. 13 Sintenisius edidit: *τὸ τοῦ γέλωτος ἀγαλμάτιον ἐκεῖνον ἱδρύσασθαι Σωσίβιος ἱστορεῖ.* Refingo, ut editioni et externo et interno nitore conspicuae hanc quoque maculam levem abstergeam, *Γέλωτος*; vid. Cleomen. X. ab in. *ἔστι δὲ Λακεδαιμονίοις οὐ Φόβου μόνον ἀλλὰ καὶ Θανάτου καὶ Γέλωτος καὶ τοιούτων ἄλλων παθημάτων ἱερά.* Od. Mueller. Dor. II. 390. Appul. Metamorph. II. p. 41. in fine ed. Pricaei: „quo die soli mortalium (Hypatenses) sanctissimum deum *Risum* hilaro atque gaudiali ritu propitiamus" ibique interpr.

Deus vocatur *Θάνατος* ab Aeschylo quoque Niobe fragm. 147. 1. G. Dind.

μόνος θεῶν γὰρ Θάνατος οὐ δώρων ἐρᾷ.

In Suida v. *πάγκοινος* nuper male *θάνατος* scriptum est. Idem vero numen aliquando conieci Plutarchi orationi restituendum esse in Amatorio p. 28. 28 Winckelm. *ὥσπερ οὗτος·*

οὐ γάρ με Νὺξ ἔτικτε δεσπότην λύρας,
οὐ μάντιν, οὐδ' ἰατρὸν ἀλλὰ θνητὸν ἅμα ψυχαῖς.

Qui loquatur, Mortem intelligi debere, bene Winckelmannus demonstravit p. 167., quare *Θανάτος* pro *οὗτος*

ut reponatur auctor sum, nec ea mutatio in tam corrupto scriptore iusto audacior peritis videbitur.

Apud Ciceronem ad Lucceium V. 12. 3. „a qua (gratia) te flecti non magis potuisse demonstras, quam Herculem Xenophontium illum a *Voluptate*“ solus Martyni Laguna ab Orellio ne commemoratus quidem dedit quod loci sententia postulat. Cf. Xenoph. Memorab. II. 1. Quintilian. IX. 2. 36. Sil. Ital. XV. 22.

§. 41. In Plutarchi Pericle c. VIII. haec summi demagogi verba, speciminis loco facetiarum, quibus interdum usus sit, a scriptore afferuntur: *τὸ τὸν πόλεμον ἤδη φάναι καθορᾷν ἀπὸ Πελοποννήσου προσφερόμενον.* Sed ingeniose Ullrichius in libello egregio Das Megarische Psephisma oder die nächste Veranlassung des Peloponnesischen Krieges, Hamburg 1838. p. 26. n. 47, scribendum esse perspexit *Πόλεμον*, ut lepos in nominibus *Πόλεμος* et *Πελοπόννησος* positus sit. Fortasse in Numa quoque c. IV. 42. exhiberi debet *ὥσπερ ὄντως ἐν αὐτῷ τιθασσεύων καθειργμένον τὸν Πόλεμον*, cf. Heyne ad Aeneid. lib. I. exc. 9.

In Timoleontis vita c. XLIII. 9. est: *ταινία τις ἀποῤῥυεῖσα καὶ φερομένη στεφάνους ἔχουσα καὶ νίκας ἐμπεποικιλμένας.* Potius *Νίκας*, *Victoriolas.* Vid. Boettiger. kl. deutsch. Schrift. II. 173 — 183. Marquardt Cyzic. p. 116. Meinek. Fr. Com. Gr. I. 175. Boeckh. C. I. v. I. p. 234. b. tit. n. 139. 21. 22. p. 191. b. n. 140. b. 18. 19. 41. n. 141. 7. 22. 37. p. 200. a. n. 150. A. 15. §. 1. p. 234. b. p. 235. a. n. 151. 7. p. 238. b. n. 150. A. 40. §. 18. p. 236. a. n. 151. 30. n. 153. 20. p. 244. b. n. 151. 12. p. 239. a. ib. 21. 26. p. 239. b. n. 156. 9. p. 250. a. n. 240. n. 241.

Ibid. c. XXXVI. 10 in fragmento Sophoclis (n. 710) cum G. Dindorfio et Meinekio Fr. C. Gr. I. 430 scribendum

ὦ θεοὶ τίς ἄρα Κύπρις ἢ τίς Ἵμερος
τοῦδε ξυνήψατο;

In Sintenisiana est *ἕμερος*. Egit de illo deo Boettiger kl. d. Schrift. II. 321. Ceterum *τίς Κύπρις ἢ τίς Ἵμερος* dictum est ratione non absimili atque *ὕπατος δ' ἀτων ἤ τις Ἀπόλλων ἢ Παν ἢ Ζεύς* ab Aeschylo Agam. 54. v. Fritzsch. Quaest. Lucian. p. 16. Iniecta autem Cypridis mentione hanc mihi peto veniam, ut coniecturam hic proponere liceat, ex qua in Aeschyli fragmento n. 314. G. Dind. pro vulgata

Κύπρου Πάφου τ' ἔχουσα πάντα κλῆρον

lego *Κύπρου Πάφου τ' ἔχουσα τὴν παγκληρίαν,*

cf. Sophocl. fr. 714. ap. Stephan. Byz. v. *Αἶα· ἔστιν τις Αἶα Θεσσαλῶν παγκληρία*, Lycophr. Alex. 592. — *Ἀργυρίππαν Δαυνίων π.* 983 *βαθεῖαν Χωνίας π.* 1474 *παλαιὰν Βεβρύκων π.*

Apud Atheuaeum XII. 534. *Ε. ἀσπίδα γοῦν εἶχεν (Ἀλκιβιάδης) ἐκ χρυσίου καὶ ἐλέφαντος πεποιημένην, ἐφ' ἧς ἦν ἐπίσημον ἔρως κεραυνὸν ἠγκυλημένος* scribi debet *Ἔρως*, ut editum est in Plutarchi Alcibiade XVI. *ἀσπίδος τε διαχρύσου ποίησιν οὐδὲν ἐπίσημον τῶν πατρίων ἔχουσαν, ἀλλ' Ἔρωτα κεραυνοφόρον.*

§. 42. In vase Musei Berolinensis Regii n. 697. (v. Catalog. Levezow. p. 142.) inscriptum conspicitur nomen *TESILEOSKALOS*. Levezowius sine vitii suspicione dedit *Tesileos* kalos. Id quum vix Graecum esse intellexisset Grotefendius in (Dorowii) Denkschriften und Briefe zur Charakteristik der Welt und Literatur, Berol. 1838. p. 171 correxit *Κ]τησίλεως*. Ego

prius emendaveram Σ]τησίλεως καλός collato Plutarch. Themist. c. III. 8 ἠράσθησαν—ἀμφότεροι (Themistocles et Aristides) τοῦ καλοῦ Στησίλεω.

In ea quam modo laudavi vita Themist. c. XXXII. 9 Sintenisius edidit Ἰταλίαν δὲ (sc. filiam Themistoclis duxit) Πανθείδης ὁ Χῖος, Σύβαριν δὲ Νικομήδης Ἀθηναῖος. Scriptura codicis Parisini A n. 1671, quem praestantissimum esse supra annotavi, est Πανθοίδης, quod recipi debebat. Πανθεύς et Πανθείδης nulli fuerunt. Pari errore ap. Suidam Πανθοίδης ὁ τοῦ Πάνθου in BE scriptum exstat Πανθείδης, cf. O. Mueller Dor. I. 220. Recte contra habet nomen Λυσιθείδης a Λυσίθεος ductum, Etym. Magn. p. 166. 4, et Μνησιθείδης tit. n. 3140 a Μνησίθεος. In inscriptione n. 164. 3 ΟΥΝΑΥΣΙΘΕΟΚΛΕΟΣΘΕΟ Boeckhius p. 291. a. scripsit Ναυσιθέου. Fortasse bene; nolo tamen celare magis mihi placiturum Ναυσιθόου. Quamquam ea quae posui elementa admodum videntur confusa esse, ut non minus probabiliter aliquis statuat, in postremis esse Θεοκλέος Θεο—. Addam hoc, ap. Plutarch. Theseo XVII. 33 iure a Sintenisio Ναυσίθεον Aldinae et Iuntinae lectionem spretam esse prae codicum scriptura Ναυσίθοον, quod nomen inde ab Homero usitatum fuit. Cognominis paedagogus Philippi Maced. a Clemente. Alex. Paedag. I. p. 48. 13 Sylb. commemoratus est. Confer praeterea nomina Ἀλκάθοος, Ἀρήθοος, Ἱππόθοος, Περιθοῖδαι Muell. Orchom. p. 203 et quae in θόη exeuntia Muetzellius contulit de emend. Theogon. Hesiod. p. 218.

§. 43. Qui aliquam habet inscriptionum Graecarum notitiam non nescit, quot modis quam prave saepe earum

exempla corrupta sint. Hinc multi tituli, breviores inprimis, quorum fragmenta tantum exstant, difficillimi sunt ad restituendum; nec est cur miremur, si Boeckhii ingeniosa perspicacitas et diligentia indefessa in eiusmodi reliquiis emendandis multum laborare dedignata sit. Interdum is gravioribus studiis operam navans satis habuit talia proposuisse, quae in aliqua veri specie nec sibi ipsi quidem satisfacere vel disertis verbis vel apposito interrogandi signo indicavit. Alia prorsus non attigit. Utriusque generis locos aliquot proferam, in quibus si nec ego id quod verum est assecutus fuero, facile Boeckhius, quae est viri optimi humanitas, erranti ignoscet.

In titulo n. 187. a. qui a sinistra mutilus est v. 1. haec supersunt:

ΙΣΟΔΩΡΟΣΤΟΣΙΜΟΥ

ex quibus Boeckhius finxit „Ἰσόδωρος (?) Ζωσίμου". Non eum fugit exspectari Ἰσίδωρος (vide supra §. 3.), quemadmodum v. 9. bene litteras ΙΔΟΤΟΣ explevit Ἰσ]ίδοτος. Quare restituo Κηφ]ισόδωρος, quod nomen apud Atticos longe erat frequentissimum, v. C. I. n. 85. 8. n. 138. 3. 4. 14. n. 162. 18. n. 165. II. 53. n. 167. 33. n. 169. I. 32. n. 364. 5. n. 893. Observa simul, omnibus his locis simplex esse Sigma, quod et in nomine fluvii ipsius et in compositis saepius reperitur, v. Κηφεισόδωρος n. 245. II. 12. Κηφισοδώρα n. 397. 8. n. 1608. e. 14. Κηφισόδοτος n. 87. 30. n. 165. I. 36. II. 51. n. 169. I. 16. Κηφισοφῶν n. 138. 3. 4. 14. n. 150. A. 3. n. 172. III. 5. n. 545. 1. n. 599. 2. Κηφισόδημος Aristoph. Acharn. 705 Elmsl. Od. Mueller. Orchom. p. 479. De nomine Κηφισός cf. Bernhardy Dionys. Perieg. II. p. 604, Hermann. ad Sophocl. Oedip. Colon. v. 693, qui tamen inscriptio-

num fidem minoris facit quam par est, Bach. ad Ovid. Metamorph. I. v. 369.

Ibidem v. 4. est *ΚΙΛΑΜΟΣΙΠΠΟΟΛΙΟΥΣ*; Boeckhius emendavit „*Κλαύδιος*(?) *Ἱπποθάλους*", optime posterius quidem, v. n. 1360. 4. et n. 203. 21, ubi fortasse scribendum est *Ἀντιφῶντος* [*Ἱππο*]*θάλ*[*ης* pro *ΑΝΤΙΦΩΝΤΟΣ.... ΘΑΛ*. Sed *ΚΙΛΑΜΟΣ* fragmentum puto nominis *Ἀλκίδαμος*. Crusius in lex. posuit *Ἀλκιδάμας*, *Ἀλκίδαμος* ei ignotum fuit. Tu vide C. I. n. 246. II. 1. 5. n. 307. 11. n. 485. 2.

Ibid. v. 12. *ΤΟΡΙΚΟΣ* remansit opinor ex *Ῥη*]*τορικός Σεκοῦνδος Ῥητορικοῦ* est n. 275. I. 43. *Κλ. Ῥητορικός* n. 284. II. 27.

N. 190. I. 10. ...*ΙΑΝΟΣ Παιανιεύς* a Boeckhio restitutus est *Λιλ*]*ιανός*; malo *Ἀῤῥ*]*ιανός*. *Φλ. Ἀῤῥιανὸς Παιανιεύς* habetur n. 193. I. 10.

V. 12. *ΛΙΟΣΦΙΛΙ* coniicio fuisse *ΛΙ*]*ΛΙΟΣΦΙΛΙ*[*ΝΟΣ Παιανιεύς*, nam *Λύσιππος Φιλίνου Παιανιεύς* est n. 199. I. 19.

V. 15. optime editor ex *Φ..ΩΝ* fecit *Φίλων Ἡρακλείδου Παιαν.*; recensetur *Φίλων Παιαν.* n. 193. I. 14.

V. 16. ..*ΝΟΚΛΗΣ* esse potuit *Ἀγ*]*νοκλῆς*, Athen. VIII. 360. B, vel *Εὐ*]*νοκλῆς* n. 1306. 7. vel *Ξε*]*νοκλῆς*, vel *Φα*]*νοκλῆς* n. 169. III. 55.

V. 17. *ΞΙΟΣ*) veri similius fuit *Δεῖος* quam *Ἄξιος*, quod utrumque a Boeckhio propositum. Etenim *Δεῖος Παιαν.* etiam n. 193. I. 18 inscriptus est.

V. 19. ....*ΝΕΣΤΟΣΝ* Boeckhius -*μνηστος νεώτερος*. Scribe, quum homo Paeaniensis sit, *Θεόμ*]*νηστος*. N. 199. I. 9 *Θεόμνηστος Λίωνος Παιανιεύς*.

V. 22. .....*ΝΤΕΡΩΤΟΣ*, fortasse *Ἔρως Ἀ*]*ντέρωτος*. Frequens nomen in Atticis *Ἔρως*, vid. supra §. 13.

V. 24. ...*ΟΛΩΡΟΣ* fuerit *Μην*]*όδωρος*, quod nomen Paeaniensis item est n. 353. II. b. 7.

V. 27. ...*ΟΧΟΣ ΑΝΤΙΟΧΟΥ*. Si lacuna accurate est observata, restituendum videtur *Δηί*]*οχος* vel *Ἀξί*]*οχος*. Fuisse *Ἀντίοχος Ἀντιόχου* vel propterea non facile crediderim, quod patrum nomina in hoc titulo, si eadem sunt quae filiorum, signo semicirculi notata inveniuntur (v. I. 17. 19. II. 23), cuius nec in Atticis rari sexcenta sunt exempla in Laconicis, v. Boeckh. p. 313. b. Osannus Syll. p. 140 quid nota illa sibi velit non perspexit. Sin sumi potest, neglegentius titulum transcriptum esse, propono *Ἀντίλοχος Ἀντιόχου*. *Ἀντίλοχος* Paean. est n. 193. I. 17.

§. 44. In tit. n. 1120. 1 ....*ΟΜΠΙΔΑΣ*, *Θεοπ*]*ομπίδας* an *Κλεοπ*]*ομπίδαι*? ib. 5 ..*ΜΟΣΘΕΝΗΣ*, *Δα*]*μοσθένης*. V. 6. ..*ΑΔΟΣΞΗΝΟΚΛΕΟΣ* coniicio *Κέλ*]*αδος Ξενοκλέους*; patris nomen iam Boeckhius restituerat. N. 1004. 2 in titulo Attico est *ΚΕΛΜΟΣ ΛΙΟΝΥΣΙΟΥ*; editor scripsit „*Κέλμος*?" Ego quoque de hoc nomine dubito, quod ad probandum vix sufficiunt nomina *Κέλμις* et *Κέλμων*, de quibus vid. Welcker Trilog. Aeschyl. p. 168. p. 609 in fine. Boeckh. C. I. v. II. p. 313. b. Potius leni mutatione (*Μ*:*ΛΛ*) restituo *Κέλλαδος Διονυσίου*. Cf. n. 190. II. 16. *Κέλλαδος Διονυσίου*. 17 *Τρύφων* 18 *Διονύσιος* 19 *Δημήτριος Κελλάδου*.

N. 286. III. 20. *Λούκιος* est *Ὕαλος* (*ΥΑΛΟΣ*) ex interpretatione Boeckhii. Cui ego nomini ut aperte fateor, fidem non habeo, sed malo *Ὕλλος*, v. n. 566. 2

et n. 2633. 3., ubi pro *ΥΛΛΟΝ* optime Boeckhius idem restituit. *Ὕλλος* autem in memoriam mihi revocat *Μύλλον*, ut adnotem, Meinekii coniecturam Fr. Com. Gr. I. p. 27, Photii verba *Λύλλος ποιητὴς ἐπὶ μωρίᾳ κωμῳδούμενος* ad *Μύλλον* quendam pertinere eumque hominem non poetam fuisse sed a comicis irrisum, prius factam esse ab Eberto *Σικελ.* v. I. p. 35.

In titulo n. 289, quantum ex versu 19 concludi potest, ubi *Ἀλιμούσιοι* sunt, tribulium Leontidis recensus est. Quapropter quae elementa v. 7 *ΠΟΤΑΜ..* refinguntur in *Ποτάμων*, videri possunt ex *Ποτάμιοι* superesse, et v. 10 — *ΛΕΙΛΑ* cogites *Χολ]εῖδ[αι*, versu autem 11 *Υ—ΛΙ*, *Ὑβάδαι*. Ibid. 5. ...*ΛΙΘΟΝΗΤ*... *ΛΕΗΣ* variis modis tentari potest; suspicabar *Πύῤῥ]αιθον*, *Ἡ]ρακ]λέης*, v. *Πύῤῥαιθος Ἀντιγόνου* arch. Deli n. 158. §. 9. B. 28. p. 259. a. b. Nunc probabilius duco *Ἀ[φ]θόνητ[ος*, v. n. 1241. I. 8. n. 1243. 12. n. 1769. Euphron. ap. Athen. VIII. 379. E. v. 9. V. 8. *ΚΕΡΑΛΠΙ..ΩΝ* nihil fuerit aliud quam *Σεραπίων* et v. 9 *Κ..ΟΣΤΡΑΤΟΥ Κλεοστράτου*. V. 11 *ΑΣΙΑΣΘ..ΚΑΛΙΛ Ἀγ]ασίας Θ[εο]κλ[ε]ί-δ[ου*, cf. n. 1211. III. 18. Denique v. 18 *Μ..ΗΣΙΛ Μ[ελ]ησία[ς*.

CAPUT VI.

Nomina in integrum restituta.

§. 45. In titulo n. 205. 8 *Π.ΗΝΑ.ΣΑΡ[ΤΕ|| ΜΙΛΩΡΟΥ* scribendum esse coniicio *Ἀθ]ήνα[ῖ]ς Ἀρτεμιδώρου*. Nomen, quod est pro *Ἀθήναιος*, satis recens

a Boeckhio dicitur, v. C. I. n. 265. 13 cum editoris illustratione p. 367. b., etsi hoc quidem loco, ubi est *ΑΘΗΝΑΙΣΙ..ΕΞΟΙΟΥ* praetulerim quod simul Boeckhius proposuit *Ἀθηναίσ[κος*; porro n. 267. II. 14. p. 369. b. n. 272. III. 10. n. 282. 16. p. 391. b. n. 892. I. n. 196. b. II. 8. p. 907. a. Formae aliae contractae, plus minusve similes, hae sunt:

Ἄκεσιν pro *Ἀκέσιον* n. 511. 18 p. 915. a.

Ἄμφις = *Ἄμφιος*, v. Damm. lex. Homer. p. 1251. a. Rost. Schmidt de praepositionibus Graecis p. 41, sive pro *Ἀμφίας*, v. Meinek. Fr. C. Gr. I. 404.

Ἄριστις n. 1232. I. 3 idem nomen quod *Ἀριστίας* n. 1577. 9. n. 115. II. 38. n. 270. II. 3. Meinek. ad Theocr. VII. 100. p. 170. ed. 2.

Κοΐντα Ἀφρόδεισιν pro *Ἀφροδείσιον* n. 1781. 1. p. 866. a.

Βάκχις ex *Βάκχιος* n. 266. 37. Vid. Coraes. ad Heraclid. Pont. p. 209 adn. p. 353: *ἐβασίλευσε δὲ καὶ ὁ Βάκχις· παρείληφα τὴν διόρθωσιν Κλαουερίου ἀντὶ τῆς ἡμαρτημένης γραφῆς Βακχαῖος. Βάκχις γὰρ παρ' ἅπασι καὶ οὐ Βάκχαιος καλεῖται ὁ τοῦ Βακχιαδῶν γένους ἀρχηγός* (ad Aelian. 287)· *ἐνδέχεται μέντοι τὸν Ἡρακλείδην οὔτε Βάκχις οὔτε Βάκχαιος ἀλλὰ Βάκχιος γεγραφέναι, κατὰ τὸ παρ' Ὁμήρῳ διφορούμενον Χρόμις καὶ Χρόμιος, εἴτε κατὰ μετάπτωσιν τῆς γενικῆς εἰς ὀνομαστικὴν οὕτω σχηματισθέντων τῶν τοιούτων, εἴτε καὶ συγκοπὴν παθόντων· καὶ ἔοικεν ἐντεῦθεν ὁρμηθεῖσα ἡ συνήθεια πολλὰ τῶν εἰς ιος συγκόψαι· οἷόν ἐστι τὸ Κῦρις παρὰ τὸ Κύριος, τὰ πλεῖστα τῶν μηνῶν ὀνόματα Ἰαννουάρις, Φεβρουάρις κτλ. παρὰ τὸ Ἰαννουάριος καὶ Φεβρουάριος καὶ ὡς ἔπος εἰπεῖν*

ἅπαντα τὰ διὰ τοῦ ριος, ἐπιτηδεύματος δηλωτικά, Ἀμαξάρις, Περιβολάρις, Περαματάρις κτλ. ἀνθ' ὧν οὐ πολλοῖς ἔτεσι προγεγονότες ἡμῶν ἔλεγον Ἀμαξάριος, Περιβολάριος, Περαματάριος, πολλοὶ δὲ τῶν ἐφ' ἡμῶν διὰ τοῦ ῆ ἐκφέρουσιν, Ἀμαξάρης, Περιβολάρης, Περαματάρης γράφοντες.

Δᾶμις s. Δῆμις idem quod Δήμιος, v. Etym. Magn. 247. 34.

Δήμητρις pro Δημήτριος n. 284. III. a. 43. p. 395. b. n. 296. 2. p. 402. b. n. 196. b. II. 21. p. 907. a.

Διόνυσις v. Boeckh. C. I. v. II. p. 33. b.

Εἰρήναϊς ex Εἰρηναῖος n. 269. 15. p. 373. a.

Ἐλευθέριν Μειλησία i. e. Ἐλεύθεριον n. 704. p. 507. b. Editor ut sibi constaret, debebat Ἐλεύθεριν. Sed in aliis quoque fluctuari videbimus.

Ἑλλαδις n. 942. 2. p. 535. b.

Ἵππις, id ut sit pro Ἱππίας, n. 1565. 14.

Καλλίστιν (Κάλλιστιν) n. 1898. v. II. p. 35. b.

Κτῆσις ὁ Βησαιεύς apud Isaeum de Nicostr. hered. paragr. 9. Idem nomen est Κτησίας.

Νῖκιν i. e. Νικίαν n. 1197. 2. p. 595. a.

Νύμφις Heracleota, de quo v. Vossium de Histor. Graec. p. 140 Westerm. Ζωσίμου τοῦ Νυμφαίου est in C. I. n. 1059. 8. Νύμφιος n. 284. III. 27.

Πόλυμνις saepe ap. Plutarch. de genio Socr. VIII. 286. 289 Reisk. al. Nomen Πολύμνιον nunc non habeo quo loco confirmem; fuisse tamen in usu Πολυμνία probat.

Σίβυρτιν n. 1091. 1. Σιβύρτιος est ap. Aristoph. Acharn. v. 118. Plutarch. Alcib. III.

Σίνιν Sintenisius edidit in Plutarchi Theseo XXIX. 4. pro vulgata Σίννιν. Σίνις in vase quoque legitur Musei

Berolin. n. 807. p. 169 et recte quidem, v. Leopold. ad Thesei c. VIII et Passow. in lex. Sed Σίννιον loco priore duo codices Bodleiani exhibent; Coraes contulit Χρόμις et Χρόμιος et adn. Προδρ. Ἑλλην. Βιβλ. σελ. 353 (vide supra Βάκχις). Modo Σίνιος sive Σίννιος iam altero loco repertum esset.

Σῶσις Athen. VI. 251. P. Gronov. ad Livium XXIV. 5.

Τέλλις v. Anacr. p. 280 Bergk. Meinek. Fr. C. Gr. I. p. 404. Suid. v. Ἀθήναιος v. I. 1. p. 139. 13 Bernh. Id. v. Τελλίας. Apud Athen. I. 4. A. v. I. p. 6 G. Dindorfius vix recte Γελλίας exhibuit.

Τῖσις i. e. Τισίας in Lysiae fragm. 45 Bekk.

Φιλημάτιν (Φιλήματιν) n. 506. 1. p. 475. b. Contractum ex Φιλημάτιον.

Φίντις pro Φιντίας, Boeckh. C. I. I. p. 10. b.

Χρόμις idem qui Χρόμιος, cf. Etym. Magn. 815. 43. Damm. lex. Homer. p. 1347. c. Rost.

Denique vide Osannum Syll. p. 437. p. 456 et Mullachium ad Dem. Zeni Paraphr. Batrach. Homer. p. 55 docte commentatum de appellativis potissimum, ex quibus unum affero: Στέφανος ῥητιάρις *retiarius* n. 2663. 1. v. II. p. 456. b.

§. 46. N. 299. 1. exstat ΙΜΕΝΨΟΥΣ. Qui tenet, multa nomina ab honore, gloria, virtute Graecos „*praeter laudem nullius avaros*“ deduxisse, fortasse mecum consentiet, in lapide, cuius a sinistra parte paucissimae videntur litterae intercidisse, rescribendum esse Ἀ]μέν-[φ]ους. Conf. ἀμενφὲς ἄγαλμα n. 3. 1. et Boeckh. p. 7. b. Ἄμενπτος habetur n. 2687. 2. Ἄμεμπτος n. 144. 6. p. 207. b. Ἀμώμητος n. 194. II. 9. 10. Ἀμουφάρετος Herod. IX. 53. 55. Plutarch. Solon. X. Aristid. XVII.

V. 3. *ΠΠΝΕΙΚΟΥ* videtur *Ἐπ]ινείκου* fuisse, quod nomen legitur n. 1710. A. 3. B. 7.

V. 4. *ΙΑΟΧΑΡΟΥΣ*, *Φιλ]οχάρους*. n. 655. 1.

V. 5. *ΚΙΑΛΕΩΣ* dubitanter propono *Αἰγ]ιαλέως*, quo de nomine v. Nitsch. lex. mythol. s. v. C. I. n. 3140. Xenoph. Ephes. V. 1. p. 86—9. V. 10. p. 107. Locella. Sturz. praef. VI. 15. *Αἰγιαλέες* tribus Sicyonia satis est nota, Valcken. ad Herod. V. 68. Mueller. Dor. II. 79. Gompf. Sicyon. Spec. p. 56. Boeckh. C. I. v. I. p. 579. *Αἰγιαλὴ Δελφή* est n. 1716. 5. *Α. Μάριος Νέπως Αἰγιαλεῖνος* ib. 1. *Ἀγίναρχος Αἰγιάλου* n. 1246. 6.

V. 6. *ΙΡΩΤΟΥ* bene Boeckhius *Πρώτου*, v. Schaefer. ad Plutarch. v. VI. p. 445. Athen. XIII. 576. B.

V. 7. *ΟΝΝΟΛΩΡΡΥ* mutatione facili (*ΛΛ* pro *ΝΝ*) scribo *Ἀπ]ολλοδώρου*.

V. 8. *ΚΑΡΠΟΥ*, *Εὐ]κάρπου*, aut si nihil ab initio periit, *Κάρπου*, cf. n. 189. 29. n. 272. II. 19. III. 18. n. 284. I. 12. n. 299. 8. n. 1254. 12.

V. 9. *ΙΤΩΜΕΝΟΥ*, *Ἀρ]ι[σ]τ[ο]μένου*, quae genitivi forma per se satis proba est, v. Boeckh. v. I. p. 73. b., vel *Ἀριστομένου[ς*.

V. 10. *ΑΛΕΛΦΟΥ*, *Ἀδελφοῦ* (*Ἀδέλφου*), n. 299. 10. n. 300. I. 6.

V. 12. *ΙΤΩΝ* coniicio *Χαρ]ίτων*. Potest etiam *Εὐγε]ίτων* legi, n. 165. II. 7. n. 172. III. 55.

§. 47. In titulo n. 288. 1. est *ΛΟΙΩΝΟΟΜΙ*; fuit fortasse *Ἀγλ]αο[φ]ῶν*. Ib. 6. *ΣΟΤΕΝΟΣ* corruptum puto ex *ΣΩΓΕΝΟΥΣ*.

N. 280. supersunt haec: *ΦΙΩΝ*
ΜΗΤΡΙΟΥ
ΦΑΛΗΡΕΥΣ

quae ita redintegro: *Ἀψηφ]ίων Δη]μητρίου Φαληρεύς*. *Ἀψήφης* habetur n. 165. I. 33. *Ἀψηφίων* arch. epon. fuit Olymp. 77. 4, v. interpr. Diod. Sicul. XI. 63. Clinton. Fast. Att. p. 38 Krueg. Boeckh. C. I. v. II. p. 340.

N. 270. III. 12. *Πιστοκράτης Φιλοστράτου Ἀ[φιδναῖος* scribi potest, coll. n. 266. 3. *Φιλοστρατου — Ἀφιδναίου*.

No. 303. 3. *Φίλων Φίλωνος ....ΤΕΥΣ* fuit nisi fallor *Μελι]τεύς*; n. 305. I. 8 idem videtur esse *Φίλων Φίλωνος Μελιτεύς*.

No. 199. I. 35. *ΔΕΙΚΙΡΟΥ* potest fuisse *Δει[φ]ί[λ]ου*; n. 194. I. 17. *Χρῆστος Δειφίλου*. Ib. II. 17 est

ΤΥΦΑΝΗΣ
ΑΝΤΙΜΕ
ΛΟΥΣ

Patris nomine *Ἀντιμέλους* commendatur sane id quod Boeckhius rescripsit *Ἀντιφάνης*, v. Oecon. Civ. Athen. II. 235. Facilius tamen dederis *Ε]ὐφάνης*, quod nomen in Atticis saepe reperitur, cf. n. 141. 4. 17. 34. n. 169. I. 27. n. 633. 1. n. 844. 2. Ib. II. 26. ...*ΙΝΙΑΣΔΕΙ*‖*ΝΟΚΡΑΤΟΥ*, Boeckhius: *Δε]ινίας Δεινοκράτου* ad eam quam modo tetigi normam. Verum accuratius lacunam explet nomen *Ἀμε]ινίας*.

N. 194. II. 21 est *ΑΜΕΡΜ. ΙΑΣ*, pro quo editor scripsit *Ἀμέριμνος*? Apparent in hoc titulo complura praenomina Romana (v. 18 *Αὐρ. Ἀμμώνιος*, 19 *Αὐρ. Δάμας*), quapropter malo: *Α[ὐρ.] Ἑρμ[ε]ίας*.

Ib. I. 25. *ΜΑΡΧΙΟΣΚΑΙΡΑΝΤΟΣ*; Boeckhii restitutionem *Μάρκιος Καιράνιος* egregie titulus confirmat apud Gruterum CCXXXX: *Q. Caeranius Ingenus* i. e. *Ingenuus*, v. Osann. Syll. p. 562.

N. 301. I. 8. ΞΥΣΟΤΟΣ Boeckhius dedit Ξύστος, quod nomen est n. 282. 15. Fortasse tamen praestat Ε]ὔ[δ]ο[ξ]ος ΕΥΔΟΞΟΣ.

§. 48. N. 1117. in fragmento ad Phliuntem reperto ΝΤΑΝΔΙΟΣ fuit nisi fallor Α]ΝΤΑΝΔ[Ρ]ΟΣ. Ἄνταν̓δρος habetur n. 115. III. 35. n. 172. IV. 34. n. 1108. 9. n. 1575. 9. Ib. 3 ΖΙΠ. ΙΡΙ videtur ΖΕΥΞΙΠΠΟΣ fuisse. N. 1116. ΦΡΩΑΤΟΣΥΔΟΣ tria elementa priora restare puto ex Εὐ]φρώ, v. n. 955. 2.

N. 164. 7., ubi ab initio litterae aliquot exciderunt, remansit ΤΥΦΝΟΣ, quod emendandum arbitror Ἀσ]τύφ[ιλ]ος. Est Isaei oratio περὶ τοῦ Ἀστυφίλου κλήρου, idemque nomen legitur n. 89. 1. Ἀστυφιλίδης Delphus ex coniectura est n. 1690. II. 13. p. 818. a.

In titulo militari n. 166. 4, ubi in nomine ΚΑΓΑΣ littera desideratur una initialis, editum est Τράχας, quod quidem nomen mihi certe incognitum est. Conieci Β]ραχᾶς, v. n. 1613. 2. p. 785 b. n. 1626. 4. 11. p. 793. b.

No. 293. 7. .Ι..ΡΟΦΩΝΑΝΑΓΥΡΑΣΙΟΣ. Τιμοφῶν Ἀναγυράσιος est n. 585. 1. Sed quominus idem nomen h. l. restituamus spatium videtur obstare, quod vacuum est, amplius. Cui explendo sufficit Μητροφῶν, quod nomen v. ap. Meinek. Fr. C. Gr. I. p. 328. Ib. 8. ....ΚΑΗΣΕΥΩΝΥΜΕΥΣ. Suppetunt Ἱερο- Νικο- Πεδο- (Boisson. Aristaenet. p. 673) Σωσικλῆς; unice placet Δημοκλῆς, quod Δημοκλῆς Δημοκλέους Εὐωνυμεύς inscriptus est n. 196. b. I. 8. Ib. v. 9. .ΩΤΡΑΗΣΕΥΩΝΥΜΕΥΣ scribo Σ]ω[κ]ρ[άτ]ης, quod idem nomen n. 144. 9. 11. 13. 15 videtur fuisse, ubi nunc legitur —κράτει Εὐωνυμεῖ. Minus veri simile duco Σωτάδης. V. 10. ..ΛΟΛΩΟΕΥΩΝΥΙ fortasse Ἀπολ-

λόδωρος Εὐωνυμεύς; cognominis homo eiusdem demi est n. 196. I. b. 25., quo in titulo I. 16. ΑΠΟΛΛΩΝΙΟΣΧΑΡΧΙΔΟΥ Boeckhius dedit Ἀπολλώνιος Ἰσαρχίδου, equidem praefero Χαρμίδου, quia v. 24 est Χαρμίδης Διογένου. V. 11. Φιλόνεως pro .ΛΟΝΕΩΣ bene a Boeckhio restitutum est, v. n. 172. I. 57.

N. 1207. II. 5. ΑΠΟΛΛΩΝΙΟΕΥΡΤΟΝΙΚΟΥ. Συρτονίκου num Graecum sit nomen dubito. Fortasse ΕΥΦΡΟΝΙΣΚΟΥ, Εὐφρονίσκος est n. 1574. 24. An Εὐφρονίου? n. 167. 11. n. 643. 2.

N. 1208. 9. ....ΛΙΝΟΣ fuisse videatur Εὐπα]λῖνος, cf. n. 1097. 2. n. 1103. 1. Consulto nolo Καλλῖνος. N. 1211. II. 29. ΙΔΑΙΟΝΗΚΛΗΔΑΔΑ editum: -ίδαιον Ἡρακλίδα? Puto Ἀρ]ιδαῖον, ut sunt Ἀδαῖος, Θρασυδαῖος, Κλεοδαῖος.

N. 1482. 2. ΝΘΗΡΟΣ in mentem mihi venit Πάν]θηρος, v. n. 1279. I. 18. Fuit etiam Εὔθηρος nomen, Xenoph. Memor. II. 8. 1.

§. 49. In titulo n. 292. permulta nomina admodum corrupta aetatem tulerunt. V. 4. ΟΜΕΡΟΣ potest Ὅμηρος fuisse, quod Boeckhius statuit, cf. n. 672. I. 3, et fuit Ὅμηρος grammaticus, Sturz. praef. VI. 16. Tamen non confido. V. 5. ΣΥΜΟ litterae ducunt ad Σύμφορος (n. 192. 44. n. 277. 3. n. 284. III. c. 31. n. 425. 5) vel Συμ[φέρων, quod nomen est n. 184. I. 21. n. 194. II. 12. n. 201. 22. n. 266. 16. n. 270. I. 11. n. 276. I. 13. n. 284. II. 4. Dicebatur etiam Σύνφορος n. 275. I. 51. n. 857. 1. et Συνφέρων n. 282. 15.

V. 8. ΝΕΒΡΟΣ Boeckhius scripsit Νεβρός? Quamquam fingi et Ἕβρος potest (v. Horat. Carm. III. XII. 5.) tamen ferendum id puto, praeter quod accentus

ex analogia mutari debet. Haud pauca enim nomina et propria et cognomina iocularia ab animalibus repetita sunt. Ita *Αἴξ* dicta meretrix *Νικώ* Athen. XIII. 582. E. 583. C. *Ἀμνοί* Athen. IV. 173. A. *Βάτραχος* ap. Lysiam *κατὰ Ἀνδοκίδου* §. 45. *Κλέων τις ἦν κιθαρῳδὸς ὃς ἐκαλεῖτο Βοῦς*, Macho v. 52 ap. Athen. VIII. 349. D. Nota nomina *Κάνθαρος*, *Κύκνος*, *Διογένης ὁ Κύων*. *Λάγος* Athen. XIII. 576. E. *Λεοντίσκος* Athen. ibid. *Λέαινα* id. XIII. 596. F. *Λέων* Dorvill. ad. Charit. p. 278 Lips. *Λύκος* v. supra §. 9. *Μέλισσα* Athen. XIII. 589. F. Herodot. III. 50. Aristaenet. Epist. II. 14. *Μόσχοι* praeter poetam multi fuerunt, v. n. 192. I. 35. n. 275. I. 48. n. 269. 23. n. 275. I. 47. II. 5. n. 814. 7. n. 1514. 3. n. 3140. 43. nec rarum nomen *Μοσχίων*. *Μυῖα* Clem. Alex. Strom. IV. 224. 16. 25 Sylb. *Μύρμηξ* n. 287. II. 10. n. 3140. 16. Fritzsch. ad Aristoph. Thesmoph. p. 30. Ulrici Gesch. d. hellen. Dichtk. II. 600. *Μυρμηκίδης* Sillig. Catal. Artif. p. 281. *Μῦς* Valcken. ad Herodot. VIII. 132. Schol. in Aristid. p. 47 Frommel. Phot. bibl. p. 402. a. 11 Bekk. C. I. n. 974. 1. Sillig. Cat. Art. p. 288. *Πέρδιξ* Clem. Alex. Strom. VII. p. 323. 32 Sylb. *Ταῦρος; Χοίρακοι* Athen. IV. 173. A. Conf. Sturz. praef. VI. 18—19. Ex Latinis nomina *Asina*, *Scrofa*, *Pica*, *Panthera*, *Ovicula* Bentleius composuit ad Horat. Sermon. I. 3. 40.

V. 8. *ΠΡΛΛΟΣ* fortasse *Περίλαος*, si quidem Fourmontus, ex cuius schedis titulus editus est, in enotandis spatiis vacuis interdum minus accurate egit. An *Πρῖμος?* ut *Πρεῖμος* suspicor n. 300. I. 7. *ΦΕΙΜΟΣ: ΠΡΕΙΜΟΣ*, v. n. 191. II. 14. n. 193. I. 36. n. 275. II. 63. n. 276. IV. 23. n. 307. 8. n. 543. n. 630. 1. n. 1098. 1.

V. 10. ..*ΟΥΡΥΧΟΣ* varie emendari potest *Β]ούρ[ι]χος*, v. Athen. VI. 253. A. *Μοίριχος* id. XIII. 583. B. C. *Μούρυχος*, *Μουρυχίδης* certe est ap. Herodot. IX. 4. *Μούνυχος* C. I. n. 392. II. 11. Meurs. Lect. Attic. I. 14. Apud Plutarchum contra in Theseo c. XXXIV. 6. pro *Μουνύχου* Sintenisius Meziriaci emendationem *Μουνίτου* ex Parthenio c. XVI. Lycophr. Alex. 498. in ordinem debebat recipere. *Μούνιχος* vitiose est in quibusdam codd. Suidae v. *Ἔμβαρος*.

V. 11. Ex elementis *ΕΥΤΙΚΙΟΣ* bene editor fecit *Εὐτύχιος*, v. n. 965. 2. Idem num v. 16. *ΟΙΣΙΛΛΙΠΣ* felici successu correxerit *Οὐσιάδης* equidem dubito. Certe id nomen non vidi a quoquam allatum esse. V. 17. *ΑΦΥΣΕΙΟΝ* Boeckh. *Ἀφυσείων?* Malo *Ἀριστίων*, cuius litterae a traditis non nimium recedunt. V. 18. *ΛΙΟΛΩΤΟΣ* editor mutavit in *Διόδοτος*. Potest eadem probabilitate, fortasse etiam maiore scribi *Διόδωρος*.

§. 50. In titulo Smyrnensi n. 3243. 2 Boeckhius posuit *Μοσχίωνα Καίκου*. (*ΚΑΙΚΟΥ*) „An *Καίρου? Καίκου?* Latinum *Caecus* tamen ferri potest.“ Mihi *Καΐκου* praeplacet. Cf. Suidas: *Πιτταχὸς Μιτυληναῖος υἱὸς Καϊκοῦ ἢ Ὑῤῥαδίου*. Fluviorum nomina saepe in propria abierunt; ita *Εὐρώτας* est n. 1248. II. 11. *Κάφισος* ap. Plutarch. Quaest. Symp. VIII. IV. 5. *Νεῖλος* Eremita, cf. interpr. Suid. v. *κατάσχῃ* v. II. 133. 7. Bernh. *Πόταμος* n. 353. II. a. 13. *Ποτάμων* n. 2. 3. n. 289. 7. n. 301. 2. n. 353. II. a. 15. *Σκάμανδρος* n. 266. 6. Aeschin. Epist. X. *Στρύμων* n. 889. 4. In Gruteri Thesauro Inscr. MCXXV. 1. sunt *Rhenus*, *Danuvius*, *Euphrates*. Vid. Sturz. praef. V. 14. Boeckh. C. I. v. II. p. 210. b. ad n. 2242.

N. 205. 13 est *Λ...ΛΔΗΣ*||*ΑΡΧΛΛΟΥ*, Boeckhius dedit *Λ—άδης Ἀρχι[δήμ]ου*. Fortasse praestat *Ἀρχ[ε]λ[ά]ου*. Prius autem nomen fuisse coniicio *Λ[υσι]άδης*, v. n. 221. 3. n. 397. 9. n. 423. 3. n. 435. 9.

Ib. 16 *ΚΛΝΔΡΟΥ Ἀλ]κάνδρου, Λυ]κάνδρου, Νι]κάνδρου?*

N. 806. 6 *ΤΡΑΤΗ* fuit fortasse *Σωσ]τράτη*, v. C. I. n. 431. b. 2.

In tit. n. 296. 6 *ΤΙΜΩΝΑΣ* Boeckhius scripsit *Τίμων*, ut ab *ΑΣ* novum nomen incipiat. Satis probabiliter, nec inepta tamen videtur coniectura esse *Τιμῶνα[ξ*. Ita autem scribi debet (v. Schaefer. App. Demosth. IV. 659 Passow. praef. lex. Gr. p. XXXVI ed. tert.), non *Τιμώναξ*, quod vitium a multis adhuc admissum corrige e. g. ap. Voss. de Histor. Gr. p. 421. p. 506 West. Ceterum illud nomen non est infrequens, cf. Herod. VII. 98. Anacr. Epigr. X. 1 Bergk. C. I. n. 3099. 1. Eandem fere significationem habet *Τιμησιάναξ* ap. Hesych. v. *Ἀριστόδημος* coll. eod. v. *Τιμάναξ*; porro *Κλιῶναξ* C. I. n. 1575. 13 p. 720. a. et *Κλεάναξ* Demosth. *πρὸς Πολυκλέα* §. 56. p. 1223 Reisk. *Τιμώνασσα* apud Plutarchum habetur Caton. Maior. c. XXIV, ubi in editionibus antiquis pessime *Τιμόνασσα* impressum legitur. Debebat certe *Τιμοάνασσα* esse. Sed Plutarchus contractas eiusmodi formas videtur praetulisse. Ita omnibus locis, si recte observavi, dedit *Πλειστῶναξ*; *Πλειστοάναξ* apparet in cod. Paris. n. 134, qui excerpta continet ex aliquot vitis. Apud auctorem Pericle XXII eo loco est quod dixi.

Welcker autem Trilog. Aeschyl. p. 265. n. 452 quae statuit „*χειρώναξ* das erweiterte *Χείρων*, wie *Δημώναξ*

aus *Δήμων*, *Ἱππώναξ* aus *Ἵππων*, *Ἑρμώναξ*, *παιδώναξ* (dem *παιδάριον* entgegengesetzt), *Πλειστώναξ*“ ea ego minime probo, sed agnosco in compositis illis omnibus et si quae sunt plura nomen *ἄναξ*. *Παιδῶναξ* optime explicatur Horatii verbis Carm. I. 36. 8. *memor Actae non alio rege puertiae*, v. Alberti ad Hesych. v. I. p. 329. *Ἱππῶναξ* Sturzio interprete est *equorum emax* praef. VI. 10. Male et hoc me iudice. Add. Athen. X. 448. D. *ἐν συλλαβῇ δὲ λέγονται γρῖφοι, οἷον ἐροῦμεν ἔμμετρον ὅ τι δήποτε οὐ ἡγεῖται βα, οἷον βασιλεύς, ᾗ ὧν ἔχει τελευτὴν τὸ ναξ ὡς καλλιάναξ.*

CAPUT VII.

Singulares quaedam nominum origines et appellandi rationes.

§. 51. In titulo Hermionensi n. 1209. 10 est *ὁ* vel *ἡ δεῖνα*] *Ἀρκίππας* sive, quod ego proposui §. 25., *Ἀρχίππας*. Eo nomine mater videtur indicari; cf. inscriptionis item Hermionensis n. 1207 haec: *Ὀνασικρατὶς καὶ Λεοντὶς Κλεοπάτρας, Βελτὶς Κλεοπάτρας, Πύχνων Μύρτας, Φιλοκρατέα Ἀπολλωνίας, Ζωπυρείνα Δαμοκλέας, Θεοξένα Σωκρατίας, Λεοντὶς Εὐκρατέας.* Omnia haec, quae secundo quoque loco posita reperiuntur, procul dubio matrum sunt nomina. Recenseri autem initiatos mysteriis Cereris cum parentibus qui adduxissent, nam et patrum nomina in multis adiecta sunt, sagaciter Boeckhius coniecturam fecit p. 596. b. Vide praeterea n. 1211. I. 4 *Σωσίστρατος Κλεοφάντας*, 12 *Σωπυρίων Κλεοπάτρας*

15 *Διονύσιος Ἀρχίππας*, nec intelligo qua de causa n. 1209. 4 editum sit *Πίστα Διοννσίου*, quum in lapide legi tradatur *ΔΙΟΝΥΣΙΑΣ*.

Iam vero cave ex eiusmodi titulis colligas, Graecos homines etiam *μητρόθεν* appellatos fuisse. Effecit potius singularis causa, quod in initiatione primae matrum erant partes, ut in illis catalogis tam filiis quam filiabus matres nominatim adscriberentur. Eae partes quales fuerint nescio; coniecturam tamen de iis proponam. Nimirum non videtur mihi incredibile, matrum addita esse liberis nomina, si patres iam mortui essent. Utut est, in vita communi Graecos *μητρόθεν* se designasse illa monumenta non probant. Neque hoc evincit titulus inter Atticos a Boeckhio relatus n. 921. *Ἀριστοφώσης τῆς μητρὸς τῆς Ἀμφήνορος καὶ Διογνήτου, καὶ Θυμίλου, καὶ τοῦ Θυμίλου υοῦ Ναύκλου, καὶ Τιμοκράτους τοῦ υοῦ τοῦ Ἀμφήνορος. Θρασυκλέους.* Osanno quidem Syll. p. 92 *Ἀριστοφῶσα* fuisse *ἑταίρα τοῦ βουλομένου* visa est eiusque filii spurii. Sed meretrix cur mulier putetur Boeckhius nullam se causam perspicere professus est, pro peregrinis tamen illos habens. Et qui factum sit, ut patris eiusdemque mariti nomen omitteretur, complures rationes fingi possunt. Nam si recte Boeckhius opinatus est, titulum esse sepulcralem, de qua re non dubito, ab initio autem excidisse *μνῆμα*, patris nomen ideo non inscriptum esse cogitare licet, quod is, nescio qua de causa, non in eodem sepulcro compositus esset. Id quod etiam similius est veri, si re vera familia illa ex terra peregrina in Atticam demigraverat. Neque hoc improbabile duxerit aliquis, plura in summo lapide interisse, ut olim scriptum fuerit *Μνῆμα τοῦ δεῖνος τοῦ πατρὸς καὶ*] *Ἀριστοφώσης τῆς μητρὸς*

κτλ. Nihil porro concludi potest ex tit. n. 1574. 24, ubi Boeckhius egregie ad morem quendam Boeotorum pro Osanniano *Εὐφρονίσκος Ὀνασίμας* restituit *Ὀνασίμιος*, quod adiectivum est patronymicum, v. p. 758. b. Similes Osanni errores n. 1570. b. 18. 43 ille p. 753 a. b. removit. Nec iuvat mythologica proferre; quodsi qui dii vel heroes a matre praeter nomina propria appellati sunt vel solo etiam nomine quod est *μητρωνυμικόν*, ut *Δαναΐδης*, *Danaeius heros*, *Νιοβίδης*, *Λατογένεια κούρα*, *Χείρων Φιλλυρίδας*, Iovis in primis filii, aliique non pauci, cur ita sint dicti semper subest causa. Ita quum Iupiter ex compluribus mulieribus filios suscepisset, hi *Iovii* tantum matrum nominibus additis accurate inter se distingui poterant. Quamquam nec hoc quidem Homerus fecit, v. Schol. B. ad Iliad. I. 72. *Φοῖβον συνεχῶς εἴωθεν ὀνομάζειν τὸν Ἀπόλλωνα, οὐκ ἀπὸ Φοίβης, ἣν Λητοῦς φασὶν εἶναι μητέρα· συνηθὲς γὰρ Ὁμήρῳ τοῖς πατρόθεν ἐπιθέτοις χρῆσθαι, τὰ δὲ μητέρων οὐκ ἂν εὕροις ὅλως παρ' αὐτῷ*, Heraclid. Alleg. Homer. c. 7. p. 22—3 Schow., quo loco ante me Valckenaerius usus est ad Herodot. I. 173. Nec denique huc pertinet, quod apud Locros gentes ex heroinis dictae reperiuntur, v. Boeckh. C. I. v. II. p. 651. b. Sed constat potius, publice Graecos semper *πατρόθεν* nominatos fuisse. Et ut multa millia binorum nominum, quae hunc usum certissime comprobent, facili opera coacervari possunt, ita vel unus Demosthenis locus de Atheniensibus luculenter arguit in Boeot. p. 997. Reisk. *προσπαραγράψουσι νὴ Δία τὸν ἐκ Πλαγγόνος ἂν σὲ ἐγγράφωσιν, ἐὰν δ' ἐμὲ τῆς ἐμῆς μητρὸς τοὔνομα*, quae ironice dicta sunt. Tum continuo ita pergitur: *καὶ τίς ἤκουσε πώποτε, ἢ*

κατὰ ποῖον νόμον προσπαραγράφοιτ' ἂν τοῦτο τὸ παράγραμμα ἢ ἄλλο τι πλὴν ὁ πατὴρ καὶ ὁ δῆμος; Etenim Μαντίθεος Μαντίου Θορίκιος ex cive natus Attica nolebat a fratre, cui Plangonis filio mulieris peregrinae nomen erat Βοίωτος Μαντίου Θορίκιος, suum ipsius nomen Μαντίθεος usurpari. Quod si fieret, fratres iam necessario inter se confundi, quum vulgo matrum nomina non soleant adiici.

Hoc igitur testimonium aetatis est Demosthenicae. Prius non diversum morem obtinuisse Herodoti ostendit auctoritas, qui ut rem mirabilem memoriae prodidit, Lycios a matribus repetita nomina sibi indidisse, v. I. 173. et ibi Valckenaerium, cuius ex copiis Coraes hausit, quae ad Nicolaum Dam. p. 275 commentatus est.

§. 52. Memorabilis est Plutarchi locus in vita Themistoclis c. XXXII, quippe ex quo cognoscamus, satis vetusto tempore Graecos a terris et urbibus nomina propria deduxisse. Verba haec sunt: Θυγατέρας δὲ πλείους ἔσχεν (Θεμιστοκλῆς), ὧν Μνησιπτολέμαν μὲν ἐκ τῆς ἐπιγαμηθείσης γενομένην Ἀρχέπτολις ὁ ἀδελφὸς οὐκ ὢν ὁμομήτριος ἔγημεν, Ἰταλίαν δὲ Πανθοίδης ὁ Χῖος, Σύβαριν δὲ Νικομήδης Ἀθηναῖος· Νικομάχην δὲ Φρασικλῆς ὁ ἀδελφιδοῦς Θεμιστοκλέους ἤδη τετελευτηκότος, ἐκείνου πλεύσας εἰς Μαγνησίαν ἔλαβε παρὰ τῶν ἀδελφῶν, νεωτάτην δὲ πάντων τῶν τέκνων Ἀσίαν ἔθρεψε. Archippe uxor Themistoclem, quum apud Admetum exsularet, secuta erat, v. c. XXV. et Krueger Histor philol. Studien p. 50. n. 3. Sed illa sive relicta in Graecia sive in Asia mortua Themistocles alteram uxorem duxerat barbaram ut videtur teste Diodoro Sic. XI. 57; ex qua Ἀσίαν nisi fallor procreavit, quam patri iam apud Persas commoranti natam esse nomen ipsum demonstrat. Ad eandem fragmentum Diphili videtur spectare apud Suidam v. Ἀθηναίας v. I. 1. p. 138. 7. πλὴν πολλή γε ἡ χρῆσις τῆς φωνῆς (Ἀθηναία) ἐπὶ τῶν γυναικῶν παρὰ τοῖς ἀρχαίοις, ὡς οἵ τε προειρημένοι ποιηταὶ μαρτυροῦσι καὶ Δίφιλος ἐν Ἀμάστριδι (v. Meinek. Fr. C. Gr. I. p. 450.)· καὶ γὰρ καὶ τὴν Θεμιστοκλέους θυγατέρα Ἀθηναίαν ξένην φησίν. „ξένην quo spectet dubito“ Bernhardy. Nisi fallor Ἀθηναία dicitur Ἀσία ex patre, ξένη eadem appellatur propter maternam originem.

Qui autem supra a Plutarcho commemoratus est Φρασικλῆς nomine is utitur bene Graeco. Quod Sintenisii gratia annoto in editione minore Amioti errorem *Phasicles* afferentis. Vid. C. I. n. 28. 1. p. 47. a. Φρασικλείδης archon fuit eponymus Olymp. 102. 1. Apud Demothenem pag. 688. 5. p. 1197. 4. p. 1219. 21. est Φρασικρίδης, pro quo Bekkerus et Dindorfius Φρασιηρίδης scripserunt, quocum conferas nomen Εὐηρείδης. Fortasse tamen restituendum Φρασικλείδης, quod loco secundo Reiskius proposuit, v. Schaefer. Appar. Dem. IV. 146.

§. 53. Ut redeam unde progressus sum, in promptu magna est nominum copia a terris, urbibus, tribubus ductorum. Nolo hic commemorare heroes urbium conditores ficticios oppidis suis ut plurimum cognomines (v. Mazoch. ad Tab. Heracl. p. 514), nec alias personas mythologicas. Sed tales tantum proferam, qui historiae fide constant. Prius autem nonnulla congesserunt Valkenaer. ad Herodot. V. 46. Sturz. praef. II. 10. Lobeck. ad Phrynich. p. 670. Osann. Syllog. p. 140. Krueger ad

Xenoph Anab. V. 2. 29. Sillig. Catalog. Artif. Add. pag. 487.

Αἰθίοψ ὁ Κορίνθιος est ap. Athen. IV. 167. D.

Ἀρκάς fortasse n. 195. I. 18 *ΕΤΕ... ΟΣΑΡΧΑ ΛΟΣΕΙ.ΕΤΙ: Ἐτέ[οκλ]ος Ἀρ[κ]άδος. Ἐτεοκλῆς* Atticus homo habetur n. 93. 31. 47. *Ἀρκαδίων* Athen. X. 436. D.

Ἀσία Ἀλεξάνδρου n. 1207. III. 6. Plutarch. Themist. XXXII.

Ἀχαιὸς ὁ Ἐρετριεύς insignis poeta tragicus.

Βερνεικίδης n. 194. I. 28.

Βοίωτος et aliunde et ex Demosthene cognitum nomen, cf. Schaefer. App. Dem. III. 376. IV. 570.

Γαργήττιος n. 275. II. 14.

Δῆμος ὁ Πυριλάμπους ap. Lysiam. *ὑπὲρ τῶν Ἀριστοφάνους χρημάτων* §. 25. Aristoph. Vesp. 97. *καὶ νὴ Δία ἴδη γέ που γεγραμμένον Υἱὸν Πυριλάμπους ἐν θύρᾳ Δῆμον καλόν*, quo loco *Δῆμον* quidem adolescentem esse perspexit Mazochius ad Tabul. Heracl. p. 139. n. VI. sed mire de femina *Pyrilampone* somniavit. Meurs. Lect. Att. IV. 5. C. I. n. 3140. Cavendum tamen interdum est, ne *Δῆμος* haberi credatur nomen, quod non est nisi compendium librariorum pro *Δημήτριος*, v. Casaub. ad Strabon. II. p. 267. 8. vol. VII. 518 Friedem. Nec dubium videtur quin *Δῆμος ὁ Νάξιος* ap. Stephanum Byz. v. *Βιβλίνη*, ubi v. Berkel. et Mazoch. l. l. p. 200. n. 43., emendandum sit in *Σῆμος*, ut permultis Athenaei locis exhibetur, cf. Ind. Script. III. 1884. G. Dindorf. Saepius, ut nec hoc omittam, *δήμου* et *δημότου* nomen idem fuisse Boeckhius annotavit C. I. v. II. pag. 651. b.

Ἐλατεύς n. 189. 21.

Ἐλευσείνιος n. 189. 38. 45. 56. n. 275. I. 5. 6. n. 276. I. 15. n. 305. II. b. 5. *Ἐλευσίνιος* n. 184. I. 26. 29. n. 186. 11. 12. n. 194. II. 7. n. 266. II. 15. n. 269. 13. n. 270. I. 28. II. 30. n. 272. II. 17. III. 19. 26. n. 303. 5.

Ἕλλην n. 1890. 1.

Ἐρετριεύς n. 169. I. 14.

Ἑρμιόνη n. 445. 7. n. 1207. II. 1.

Ἑροιάδης n. 172. IV. 53.

Ἡλεῖος Cimonis filius, v. Plutarch. Cim. c. XVI. *Ἡλεῖος Σφήττιος* ap. Isaeum de Meneclis hered. §. 9. Adde quae supra §. 14 ad fin. disputavi.

Θεσσαλός Pisistrati fil. Thucyd. I. 20. VI. 55, ubi v. interpr. Cimonis fil. Plut. Pericl. XXIX. 14 cum adnot. Sintenisii edit. singul. p. 205. C. I. n. 1690. 18. Schol. Iliad. XIV. 255. Scribi debebat *Θέσσαλος*, sed editores plerique omnes dederunt *Θεσσαλός*.

Θήβη Plutarch. Pelop. XXVIII.

Ἱμεραῖος demagogus, Plut. Vit. X. Orat. p. 76. 1. Westerm. (vit. Demosth. p. 364 in fine), ubi Reiskius praeter rem *Ἱμερίου* suspicatus est.

Ἰόπη n. 3111.

Ἰωνικός n. 190. II. 31. n. 193. 19. *Ἴωνα* Lobeckius l. l. adduxit.

Κήρινθος Suid. s. v. Paldamus roem. Erot. p. 54. Dissen. ad Tibull. p. 426.

Κοθωκίδης n. 295. 11. p. 402. a.

Κόρινθος n. 278. I. b. 17. Notum est proverbium *ὁ Διὸς Κόρινθος*, de quo v. Winckelmann. ad Platon. Euthydem. p. 85.

§. 54. *Λακεδαιμόνιος* Cimonis fil. Plutarch. Cim. XVI.

Λάκων v. Crusius in lex. C. I. n. 1347. 14. n. 1389. 3.

Λέσβιος n. 268. 21. II. 27. n. 1296. 4.

Λήμνιος n. 303. II. 17.

Λίβυς n. 1211. IV. 14. Xenoph. Hellen. II. 4. 19.

Μακεδών n. 2660. 5. artifex in Silligii catalogum referendus.

Μολοττός n. 172. III. 25.

Σημαχίδης fortasse fuit n. 806. 4. ΙΑΧΙΛΟΥ et n. 203. 20 ΑΧΙΛΙΙΣ. Incertissimam tamen esse coniecturam facile largior, quum etiam demoticum esse illud possit si recte omnino restitui, nec minus probabiliter aliquis coniiciat *Εὐμαχίδης*, *Τιμαχίδης* (Etym. Magn. 779. 22. Athen. I. 37. E.) *Καλλιμαχίδης* alia.

Σινώπη meretrix Athen. XIII. 567. F. 594. A. 595. A.

Σκύθης n. 1002. *Σκύθης Ἁρματέως Κυδαθηναιεύς* est ap. Demosth. *κατὰ Στεφάνου* I. §. 8.

Σπαρτιατικός n. 1240. I. 1. n. 1242. 18. n. 1249. III. 1. n. 1350. 13. n. 1448. 3. n. 1409. 7. *Spartae* nomen, quod in transcursu observo, sine causa I. Ph. Krebsio negotium exhibuit Antibarb. p. 455. „*Sparta* in der Bedeutung Amt, Geschäft hat sich ins Neulatein als gleichsam eingebürgertes Wort eingeschlichen, da es als solches sich vielleicht nur bei dem sehr späten Coel. Aurelian. Morb. chron. IV. 9 findet, wo es aber nicht einmal sicher steht, der Sinn aber ganz dunkel ist. Dagegen kommt es bei Cicero zweimal vor, aber nur griechisch, das einemal ad Att. I. 20 nur *σπάρταν*, das andere Mal ad Att. IV. 6 in ganzer Sentenz oder vollem Sprichwort *σπάρταν ἔλαχες, ταύταν κόσμει*, was auch die griechischen Sprichwörtersammler aufführen, jedoch ohne alle Erklärung. Das Wort ist ganz unnütz und verdirbt die Reinheit der Sprache, da munus oder negotium befriedigen. Gebraucht haben es unter den Neuern z. B. Manutius Epist. IV. 5. Casaubon. praef. Athen. p. XIII. (ed Lips.) ad hanc ornandam *Spartam*, Hemsterhuysius Orat. p. 143 und andere affectirende Redner, die gelehrt scheinen wollten.“ Ex compluribus, qui de utili Krebsii libro in diurnis litterariis retulerunt, non memini quemquam hunc locum attigisse. Fons locutionis, de qua caute usurpanda recte Krebsius praecepit, est apud Euripidem fr. Telephi XXIII, ubi Agamemnon iratus haec ad Menelaum loquitur:

Σπάρτην ἔλαχες· ταύτην κόσμει,
τὰς δὲ Μυκήνας ἡμεῖς ἰδίᾳ·

quorum verborum sententia minime obscura est.

Συρίσκα n. 1982. 1. Vid. C. D. Ilgen. Animadv. philol. et crit. in carmen Virgil. quod Copa inscribitur p. 21.

Ταραντῖνος n. 1695. 3.

Φιλαΐδης fortasse ap. Plutarch. Themist. V. 6. *Ἐπεὶ δὲ Φιλίδης ὁ ἱπποτρόφος κτλ.* quod quidem nomen pro integro vix haberi potest. *Φιλίδας* est in scholio ad Aristid. p. 36. 37. Frommel, sed is homo rectius *Φυλλίδας* a Plutarcho dicitur de genio Socrat. VIII. 280. 281. Reisk. Amyotus vertit *Diphilides*, atque sane praegressa particula *δέ* veri est simillima emendatio *Διφιλίδης*; cf. de permutatis *φίλος* et *Δίφιλος* Meinek.

Fr. C. Gr. I. p. 426. Potuit etiam *Φιλιάδης* restitui, de quo nomine v. Crusium.

Χρυσαορεύς n. 2847. 3. v. II. p. 548. b.

Frequentissime omnium servi a patria denominabantur; hinc sunt *Γέται*, *Λᾶοι* Strab. VIII. 3. T. II. 86 Tauchn., *Καρίων*, *Λυδὸς ὁ Φερεκλέους* ap. Andocid. de myster. §. 17 alii. Vid. Hellad. in Photii bibl. p. 532. 35 sqq. Bekk. Sturz. praef. III. 13. Idem fere mos olim in Francogallia obtinuit, ubi ministros ex regni provinciis appellatos esse *Champagne*, *La Brie* al. Boissonadus tradidit ad Aristaenet. p. 666. Ceterum alio loco demonstrabitur, etiam ad scripturam nominum urbium, regionum, terrarum certo constituendam vel confirmandam haud raro inscriptiones in primis facere. Unum hic commemoro exemplum. Apud Steph. Byz. *Ἔφεσος* legitur: *τὸ ἐθνικὸν Ἐφέσιος· εὕρηται καὶ Ἐφέσεια διὰ διφθόγγου· οὕτω γὰρ ἐν Ἀλεξάνδρῳ Σοφοκλῆς*, fragm. 82. G. Dindorf. Hoc usus testimonio Boeckhius probabiliter n. 1511. 12 *ΟΙΕΦΕΣΤΙΟΙ* scribi etiam posse censuit *οἱ Ἐφέσειοι* p. 698. b. Locella ad Xenoph. Ephes. p. 132 minus veri similiter *Ἐφέσεια* Sophoclis de festis est interpretatus.

§. 55. N. 1608. c. 27 in titulo Boeotio legitur *τῇ γυναικί μου Βουκατίᾳ*. Boeckhius p. 784. b. docte annotavit „*Bucatia* denominata est a solemnibus Bucatiis“ v. C. I. I. p. 733. a. Nimirum saepe et mensium (v. Cuper. Apoth. Homeri p. 271.) et festorum nomina hominibus indita sunt. Pridem Wernsdorfius animadvertit ad Himerii *ἐπιθαλάμιον ῥηθέντα εἰς Παναθήναιον* p. 10 afferens *Νουμήνιος*, *Πανιώνιος* Athen. VI. 266. E. *Παναθηναΐς* Philostrat. vit. sophist. II.

557. Ego haec in promtu habeo: *Ἀπατούριος* C. I. n. 304. 15. In cognominem hominem Demosthenis exstat oratio. *Ἀνθεστήριος* n. 117. 8. n. 268. 13. n. 281 III. 8. n. 573. n. 735. 1. n. 782. 1. *Θαργηλία* Plutarch. Pericl. XXIV. *Ταργήλιος* Anacr. fr. XXXVIII. p. 150 Bergk. *Λήναιος* n. 265. 12. n. 266. 15 p. 369. b. n. 803. 3. n. 194. 38? *Νουμήνιος* n. 165. II. 54. n. 192. I. 37. n. 272. II. 13. n. 859. 1. n. 932. b. 2. n. 979. 1. n. 978. n. 1207. IV. 7, n. 1584. 8. n. 1591. a. 3. Athen. I. 5. A. *Νουμήνιος Ἡρακλεώτης*. Hellad. in Photii bibl. p. 532. 40 Bekk. *ἐκάλουν δὲ (οἱ κωμικοί) καὶ ἀπὸ τῆς ἡμέρας ἐν ᾗ ὠνήσαντο τὸν οἰκέτην, ἐξ οὗ καὶ τοὺς Νουμηνίας (?) ὠνόμαζον*. Cf. Athen. XIII. 587. c. *Καὶ Νεμεάδος δὲ τῆς αὐλητρίδος Ὑπερίδης μνημονεύει ἐν τῷ κατὰ Πατροκλέους· περὶ ἧς ἄξιον θαυμάζειν, πῶς περιεῖδον Ἀθηναῖοι οὕτω προσαγορευομένην τὴν πόρνην, πανηγύρεως ἐνδοξοτάτης ὀνόματι κεχρημένην· κεκώλυτο γὰρ τὰ τοιαῦτα τίθεσθαι ὀνόματα οὐ μόνον ταῖς ἑταιρούσαις ἀλλὰ καὶ ταῖς ἄλλαις δούλαις, ὥς φησι Πολέμων ἐν τοῖς περὶ ἀκροπόλεως*. Polemonis observationem num aliis locis Preller illustraverit nescio; interim vide quae §. 9. de Suidae loco dixi. *Ἰσθμιάς* meretrix est apud Philetaerum *ἐν Κυναγίδι* Athen. XIII. 587. E. v. 5.

In festorum autem mentione versatus nolo locum Plutarcheum praetermittere lectionis dubiae vit. Thes. XIV. 8. *ἔθνον γὰρ Ἑκαλήσιον οἱ πέριξ δῆμοι συνιόντες Ἑκάλῳ Διὶ καὶ τὴν Ἑκάλην ἐτίμων Ἑκαλίνην ὑποκοριζόμενοι*. Ibi Coraes, quem Schaeferus secutus est, *Ἑκαλήσια* scripsit ex coniectura „*Πληθυντικῶς γὰρ ἐκφέρειν εἰώθασι τὰ τῶν ἑορτῶν τε καὶ θυσιῶν ὀνόματα*.“

Vid. Wesseling. ad Diodor. Sic II. 17. 62. v. V. 13. L. Dindorf. Quem Sintenisius servavit numerum singularem, tueri potest videri alter Plutarchi, qui vulgo putatur, locus Narrat. Amat. II. p. 76. 34. Winckelm. τὴν πανήγυριν τοῦ Ἰσθμίου, ubi tamen Wyttenbachius ex codice B (Parisino n. 1675) τῶν Ἰσθμίων dedit. Ibid. Sintenisius Ἐκαλίνην ex Coraesii editione sumsit; in codicibus est Ἐκαλήνην. „Aliter" inquit „Ruhnken. ad Callimach. p. 430. et Wyttenbach. ad moral. p. 922. Oxon." Ingrata mihi est, ut aperte fatear, talis brevitas cui saepius in illa editione occurras. Ruhnkenius maluit Ἐκάλιννον; Wyttenbachius, si eius mentem assecutus sum, tuetur Ἐκαλήνην, quod mihi quoque placet. Naekius Callim. Hecal. IV. in Museo Rhen. 1835. p. 511 locum afferens Ἐκαλήσια scripsit tacito et Ἐκαλίνην.

CAPUT. VIII.

Nominum aliquot scriptura varia. Aliorum formae rariores.

§. 56. Iamque rursus ad delicias meas Plutarchum delatus alia quaedam proferam nomina, quorum de scriptura egerunt qui illius libros ediderunt, aut quae quum sint rariora exemplis amplius confirmari possunt. In Solonis vita XIV. 19 Ἀρεοπαγίτας dedit Sintenisius ex uno codice Parisino C. n. 1673, vulgata erat Ἀρειοπαγίτας; ib. 27 οἱ Ἀρεοπαγῖται ex omnibus ut videtur libris. Recte is quidem, et probaverat eam scripturam iam antea Benseler in libro statim laudando p. 6. adnot.

sed nec altera illa forma Ἀρειοπαγίτης per se spectata esse reiicienda mihi videtur. Exstat de nominis Areopagi formis apud Graecos et Latinos disquisitio Bergmanni ad Isocratis Areopagiticum p. 5 sqq. ed. Benseler. Ea nonnullis partibus ex titulis potissimum augeri potest. Ita ut ab ipso concilio incipiam, quod Bergmannus scripsit „unquamne duabus vocibus in unam conflatis dicatur Ἀρειόπαγος vel et Ἀρεόπαγος ignoro", ad id ex inscriptionibus petere licet, quae respondeamus. Nam sane prior quidem forma reperta est, v. n. 181. 15. κῆρυξ τῆς ἐξ Ἀρειοπάγου βουλῆς cum Boeckhii adn. p. 313. a. n. 444. 1. ἡ βουλὴ ἡ ἐξ Ἀρειοπάγου καὶ ὁ δῆμος. Hinc probatur Orellianum ap. Cic. de nat. deor. II. 29. de divin. I. 25. *Ariopagus*, quam eandem formam in Senecae libello de tranquill. III. non solum Lipsius dedit, sed est etiam in codice Vratislaviensi et in Guelferbytano, in quo tamen Guidomarus de Plestis *e* suprascripsit, quum contra liber Berolinensis *Areospagos* habeat. Fickerto haec debeo, qui egregie a suppellectile litteraria instructus novam illius philosophi editionem parat, cuius specimen his ipsis diebus edidit. Simul autem apparet, quam probabiliter statuamus nomen Ἀρειοπαγίτης quoque in usu fuisse, et scripsit *Ariopagitae* Orelli de divin. l. l. ad Attic. V. 11. sive ibi Ἀρειοπαγίτας, sive τριαρειοπαγίτας sive θείους Ἀρειοπαγίτας legendum est. Apud Athenaeum VI. 255. F. ἀριοπαγιτῶν in uno certe codice est B. Laurentiano. Hic illic in libris manuscriptis etiam ἀρεωπαγίτης deprehenditur, v. Bernhardy ad Suid. v. Ἀρεοπαγίτης. Attamen longe frequentissimum fuit Ἀρεοπαγῖται s. Ἀρεοπαγεῖται, v. C. I. n. 372. 4. n. 414. 3. n. 263. 1.

n. 378. 8. n. 402. 4. n. 445. 4. Hanc formam Benseler p. 8. ab *Ἄρεος πάγος* duxit, ut prius nomen casu genitivo positum esse statuerit adhibito Sophole Oedip. Colon. 972 (947.)

τοιοῦτον αὐτοῖς Ἄρεος εὔβουλον πάγον
ἐγὼ ξυνῄδη χθόνιον ὄντα —.

Verum haec nominatio vulgo non videtur recepta fuisse, sed est poetica potius talis disiunctio, cuius exempla Muetzellius collegit de emend. Theogon. Hesiod. p. 73. Adde *Δῶρον Ἀπόλλωνος* pro *Ἀπολλόδωρον* in epigr. ap. Dorvill. ad Charit. p. 313 Lips. In vita communi Athenienses dicebant *Ἄρειος πάγος* s. *Ἄρεος πάγος*, cf. C. I. n. 415. 1. *ἡ βουλὴ ἡ ἐξ Ἀρέου πάγου* p. 452. 3. n. 380. 1. Legitur etiam *ἡ ἐξ Ἀρίου πάγου βουλή* n. 372. 4. et *ἡ βουλὴ ἡ ἐξ Ἀρήου πάγου* n. 315. 1. p. 410. b. n. 470. 1. n. 313. 2. p. 409. a. Add. Lobeck. ad Phrynich. p. 698. Buttmann. Gr. Gr. II. 365.

§. 57. In vita Themistoclis I. 3. Sintenisius nuper edidit *Φρεαῤῥίου τῶν δήμων ἐκ τῆς Λεοντίδος φυλῆς*. Bene fortasse restitutum *τῶν δήμων*; v. Sintenis. edit. min. p. 3. b.; libri *τὸν δῆμον* quod nec ipsum falsum est, cf. Westermann. ad. Vit. X. Orat. Addend. p. 100. Codices etiam *Φρεαρίου* suppeditant, idque qui excussi sunt omnes. Tum c. II. 24 legitur *Μνησιφίλου — τοῦ Φρεαῤῥίου*, ubi duplex *Ῥῶ* in uno exstat codice Parisino A n. 1671 optimo, simplex littera canina est in reliquis. Denique c. V. 21 haec sunt: *πίνακα τῆς νίκης* (v. Osann. Syll. p. 324.) *ἀνέθηκε τοιαύτην ἐπιγραφὴν ἔχοντα „Θεμιστοκλῆς Φρεάῤῥιος ἐχορήγει, Φρύνιχος ἐδίδασκεν, Ἀδείμαντος ἦρχεν.“* Hoc quoque loco scriptura *Φρεάῤῥιος* solius codicis A au-

ctoritate nititur. Iam docte editor l. l. p. 3. demonstravit, plerumque dictum esse ita, non *Φρέαριος*. Verum tamen quum ea forma etiam in titulo uno n. 255 reperta sit, ultimo certe Plutarchi loco ego praeferendam esse crediderim. Nam quae ibi c. V. scriptor verba laudavit, ea sunt monumenti choragici (v. Boeckh. C. I. I. p. 342. b.), quod est eiusdem cuius Themistocles aetatis. Illis autem temporibus simpliciorem scribendi rationem adhuc obtinuisse arbitror.

In Theseo c. XXXI. 23. bene Sintenisius codicum lectionem *Φερσεφόνην ὄνομα θέμενος* servavit spreta coniectura *Περσεφόνην* coll. Caton. Mai. c. I. et Spanhemio ad Aristoph. Ranar. v. 683. Vide insuper Pindar. Pyth. XII. 2. Etymol. Magn. p. 209. 7. p. 790. 52. Maittair. de Dialect. p. 467. Sturz. Muncker. ad Anton. Liber. p. 112 Teucher.

N. 1740. 1. editum est *ἐπὶ Μάκητι*. Praepositionis usus in epitaphiis Phocensium in primis et Boeotorum (v. Boeckh. v. I. p. 726. b.) observatus est a compluribus, cf. Bernhardy Synt. p. 249. n. 36. Hartung. Ueber die Casus p. 82. Non tamen verterim e. c. *ἐπὶ Πλαύχαε* für, sed auf dem Plauchas. *Μάκης* autem nomen videtur esse paullo rarius. Legitur apud Ptolemaeum in Photii biblioth. p. 153. a. 36 Bekk. *Μάκητα δέ φασι τὸν Βουθρώτιον Λευκοπέτραν ἐπικληθῆναι, διότι τετράκις αὐτὸν καταβαλὼν τῶν ἐρωτικῶν κακώσεων ἀπαλλάττοιτο.*

§. 58. In titulo n. 1518 haec sunt:

ΑΓΩΝΙΣ
ΔΑΜΑ
ΤΡΙ

Boeckhius coniecit restituendum esse *ἁ πόλις* (sc. *Τεγεατῶν*) *Λάματρι* vel *Δαμάτριον*. „Cave“ inquit „legas *Ἀγωνίς*“. Apertum est, virum egregium habuisse, cur ita legi nollet. Me tamen eam causam non perspicere candide fateor. Certe Graecum nomen est *Ἀγωνίς*. *Agonis* Lilybaetana Veneris Erycinae liberta habetur ap. Ciceron. in Q. Caecil. divin. XVII. 55. 56. et Alexidis fuit fabula *Ἄγωνις* (nisi *Ἀγωνίς* praestat, v. Arcad. p. 32. 23) *ἢ Ἱππίσκος*, cf. Meinek. Fr. C. Gr. I. 385.

In vase Musei Berolinensis n. 1007, in quo Aegisthi caedes per Orestem praesente Clytaemnestra facta spectatur, scriptum est praeter alia nomen *ΟΡΕΗΗΤΕΗ*, cuius sigma duplex Levezowio Catalog. p. 255 „*sic statt Orestes*“ adscribenti videtur offensioni fuisse. Illi igitur non venit in mentem eam antiquiorem esse scribendi rationem, cuius vestigia multa in nominibus propriis, aliquot in appellativis supersunt. Vide praeter Osannum Syll. p. 96 et 573. a. *Ἀείμνησστος* n. 3261. 1. v. II. p. 750. b. *Ἀκεσστιμώ* n. 3263. *Ἀρισστογείτων* n. 25. 3. p. 42. a—b. *Ἀρισστόδαμος* n. 13. p. 33. a—b. *Ἀρισστοκλέος* n. 1211. I. 19. p. 599. a. *Ἀρισστοφάνης* n. 1638. p. 795 b. *Ἀρίσστων* n. 1. 2. p. 3. a. p. 25. b. Praef. XIX. XXII. XXIII. n. 1756. 1. p. 857. b. *Ἀσσκλαπιάδας* n. 1571. 31. *Ἀσσκληπιόδωρος* praef. XIX. p. 42. a. n. 879. 1. 3. p. 525. b. n. 1865. b. *Ἀσστράγαλος* p. 42. a. *Γασστύοχος* n. 1520. 1. *Ἀσσυτέλης* n. 2670. 4. v. II. p. 459. a. *Μοσσχίων* p. 42. a. *Σέξστος* Friedemann. Strab. v. VII. p. 601. Schaefer. ad Schol. Apollon. Rhod. v. II. p. 232. *Σεξστία* n. 1102. 2. p. 573. b. *Σεξστίλιος* n. 1111. 1.

p. 576. b. *Σέξστιος* n. 181. 12. p. 313. a. *Τελέσστας* p. 42. a. n. 166. 5. *Διὸς μεγίσστου* n. 2750. 3. De Latinis egit Schneider Gr. L. II. 431—44. Adde *Δεξξίππα* n. 1608. b. 6. p. 783. a. p. 784. b.

In alio eiusdem Musei vase n. 1005 Catalog. p. 248 Levezowius pictoris nomen (v. tabul. VI.) *ΓΕΘΙΝΟΗ ΕΑΡΑΦΗ-ΕΝ* emendare sibi visus est ita: *ΓΕ[I ?] ΘΙΝΟΗ*, quo tamen Iota inserto libenter caremus. Nam *Πεθῖνος* ex vetusta orthographia idem est qui *Πειθῖνος*. Vide C. I. n. 2. 9. *ΚΛΕΤΟΜ*, *Κλεῖτος* p. 5. a. n. 158. §. 3. A. 20 *ΚΛΕΤΑΡΧΟ*, *Κλειτάρχου* p. 257. a. n. 10. *ΕΜΙ*, *εἰμί* p. 24. a. n. 73. 7. *ΕΝΑΙ*, *εἶναι* p. 111. a. n. 84. 15. n. 76. 3. *τὰ χρήματα τὰ ΟΦΕΙΟΜΕΝΑ*, *ὀφειλόμενα* ib. 8. p. 117. b. n. 84. 12. *ΑΠΗΓΓΕΛΕ*, *ἀπήγγειλε* p. 124. a., non *ἀπήγγελε*. n. 107. 30. *ΤΡΕΣ ἄνδρας*, *τρεῖς* p. 147. b. *Πειθῖνος* autem nomen primo fuit *Πειθίνοος*, *Πειθίνους*, de quo genere disputavit Ruhnken. hist. critic. orat. Graec. p. 42. siv. p. 10 ed. Rutil. Lup. Frotsch. Engelhardt ad Platon. Menex. p. 239. Boeckh. Corp. Inscr. v. I. p. 887. b. Nec ignoro esse inter doctos, qui in multis certe eiusmodi nominibus syllabas finales duas pro mera terminatione habeant coll. Etym. Magn. p. 793. 45. v. *Φιλῖνος*, estque ea quaestio olim amplius tractanda.

§. 59. „Graeci multa participia modo praesentis modo indefiniti temporis in propria nomina verterunt; cuiusmodi sunt ista ut de multis pauca referam *Araros* (*ἀραρώς* enim), *Alexamenus*, *Dexamenus*, *Tisamenus*, *Cassamenus* (reperies apud Parthenium [c. XIX] hoc nomen), *Sozomenus*, *Epamynon*, *Paraballon*, *Parabrycon* [Suid. v. *Καλλιφάνης*], *Symphorosa* martyr. *Telesanti* [quod nomen

ibidem commentator restituit] affinia nomina erant *Telesis* et *Telestes*". Casaubonus ad Athen. V. 20. p. 392. quem Sturzius laudavit praef. III. 8. Adde Osann. Syll. p. 83. Participiorum praesentis et aoristi, praesertim medii, magna sane est copia, quae mutato pleraque accentu nomina propria facta sunt. Talia habentur praeter allata *Ἀκουμενός*, medicus ex Platonis dialogis notissimus, *Ἐπιλυσαμενός* n. 169. II. 58. *Ἐϋκτίμενος* n. 1064. 4. *Λυόμενος* n. 205. 12. *Μελπόμενος* n. 245. II. 7. *Φιλούμενος* n. 191. II. 13. n. 192. 6. n. 1257. 9. n. 1265. 7. n. 1279. II. 2. n. 1278. 14. *Φιλουμένη* n. 155. 12. 64. n. 773. b. n. 884. 1. *Εὐχόμενος* vel *Εὐξαμενός* restituendum esse coniicio in C. I. n. 141. 4. 17. 34. *Ε....ΕΝΟΣ*. De accentu, quem ad Boeckhii exempla dedi, v. Arcad. 65, 23. Praeterea *Σώσων* n. 1701. 4. ut est *Παύσων*, *Σώζων Σώζοντος* n. 244. 7. n. 286. III. 15. *Ἀρκέσαντι Παμβωτάδῃ* ap. Demosth. *πρὸς Νικόστρ.* §. 13. p. 1250 Reisk.

Quod primo loco Casaubonus posuit nomen *Ἀραρώς, ότος*, unicum est exemplum nominis proprii a perfecto activi desumti. Nam *Ὑποδεδιώς* Aristoph. Avib. 65. et *Ἐπικεχοδώς* v. 68. a poeta tantum ficta sunt, cf. Meinek. Fr. C. Gr. I. p. 343. n. 63., *Ἀπολλώς* autem, quod ex sententia Sturzii videri potest ortum esse ex *Ἀπολωλώς*, potius pro eodem nomine haberi debet quod est *Ἀπολλώνιος*, v. Buttmann. Gr. Gr. I. p. 203 adnot. et supra §. 2. Aliquanto plura exempla participiorum perfecti vel passivi vel medii supersunt. *Πεφιλημένη* allata est ab Osanno l. l., *Τετειμαμένα* inscripta in titulo Spartano n. 1413. 1, *ἡ Κατακεκαυμένη* locus commemoratur a Strabone XIV. 1. v. III. p. 170 Tauchn. Quod autem

apud Demosthenem legitur nomen *πρὸς Κάλλιππον* §. 10. p. 1238 Reisk. *τῷ Ἀργείῳ Στραμμένῳ* a Bekkero additum ex codice optimo *Σ*, id ego, etsi non immemor sum dicti Boeckhiani C. I. I. p. 52. a., multa esse nomina Peloponnesiaca quae derivare ex nota Graecitate non possimus, scribendum esse arbitror *Ἐστραμμένῳ*, vide *ΣΤΡΑΜΜΕΝΩΙ* et *ΕΣΤΡΑΜΜΕΝΩΙ*.

CAPUT IX.

Inscriptionum triga explicatur et emendatur.

§. 60. Multi sunt antiquitatum Graecarum loci, qui ex inscriptionibus iisque interdum solis clare illustrantur. Ita notitia muneris cuiusdam sacerdotalis titulis debetur tribus honorariis, qui olim Branchidis reperti post aliorum curas a Boeckhio editi sunt Corp. Inscr. Gr. v. II. n. 2880. n. 2881. n. 2882. p. 562. 3. Eorum primus n. 2880 ab his verbis incipit:

ΠΡΟΦΗΤΗΣΑΜΑΚΑΙΚΩ
ΤΑΡΧΗΣ

in quibus Boeckhius Cyrilli exhibuit lectionem, quam minusculis ille expresserat, *κωταρχης*, quum Walpolius dedisset *Κ‖ΛΑΡ—ΙΣ* et correctio *ΚΡΙΤΑΡΧΗΣ* a Chishullo tentata ex Sherardiano *Κ....‖ΤΑΡΧΗΣ* assensum tulisset et Chandleri et Walpolii et Welckeri.

Item n. 2881. 2. ex schedis Cyrilli, qui unus praeter Koehlerum titulum vidit, editum est *ΠΡΟΦΗΤΗΣ ΚΑΙΚΩΤΑΡΧΗΣ*, quibus in elementis ambo exemplaria

conveniunt, quorum Koehlerianum accurate a pictore delineatum esse dicitur.

Denique in inscriptione n. 2882. 4. ex eiusdem Cyrilli apographo repraesentata rursus habetur *κώταρχος τῶν μεγάλων θεῶν Καβίρων.*

Iam dubitari non potest, quin laudabili ratione Boeckhius etiam in titulo n. 2880. Cyrilli auctoritatem secutus sit et vere dictus esse credi debeat homo ille honoratus *κωτάρχης* sive *κώταρχος*, quem cum Cabirorum cultu coniunctum fuisse ex tertia inscriptione apparet. Sed quae sit nominis significatio, ne Boeckhius quidem ita videtur explicuisse, ut nullus dubitationi locus relictus sit. Ipsa viri praestantissimi verba haec sunt p. 562. a. „Coniicias priore istius vocis parte contineri radicem verbi *κωτίλλειν* et *κωτίλος* eamque idem fere fuisse quod *ὄαρος*, ut quasi *ὀαριστής* deorum ille fuerit *κωτάρχης*, quemadmodum Minos *Διὸς μεγάλου ὀαριστής*." In hac interpretatione ut ipse antea acquievi, ita alios acquievisse arbitror; certe non novi eius sententiae quemquam exstitisse adversarium. Nunc ut aliter statuam Hesychii fecit glossa, in quam aliud quaerens forte fortuna incidi. Apud eum haec leguntur: *κοίης· ἱερεὺς Καβείρων, ὁ καθαίρων φονέα· οἱ δὲ κοής.* Quibuscum conferas *κοιᾶται· ἱερᾶται* et *κοιόλης· ἱερεύς* (Sophocl. fr. 55 G. Dindorf. *ἱερόλος· ἱερεύς*) et *κοιώσατο· ἀφιερώσατο, καθιερώσατο.*

Bene factum quod in titulo tertio plenius dignitas illa perscripta est; nimirum *κωτάρχης* sive *κώταρχος* primum dictus est *κοητάρχης* s. *κοήταρχος princeps collegii sacerdotum Cabirorum.* In quo aliter atque Passowius in lexico genitivum *κόητος* fuisse sumo, ut est

γόης, γόητος; de illa autem contractione Ionum propria vocalium *οη* in *ω* vide Bergkium Anacr. p. 93 sqq., et de duplici forma *κώταρχος* et *κωτάρχης* I. C. G. Altium in Gramm. linguae Gr. qua novi Testamenti scriptores usi sunt p. 4—5. *Κόης* s. *κοίης* quis sit proprie Lobeckius exposuit Aglaopham. p. 1290. „Sed praeter hos vulgares precatores, quorum maxima in omnibus sacris turba erat, adfuisse etiam deorum supplices patet ex Hesychii verbis *Κοίης· ἱερεὺς Καβείρων ὁ καθαίρων φονέα· οἱ δὲ κόης*, *si modo haec de Cabiris Samothraciis valent.* Nomen ipsum sine dubio Graecum, *καθαρτήν* significans, qui noxios igne lustrat. Hesychius *Κεῖα καθάρματα — κειώσασθαι καθήρασθαι — κεώδης καθαρός.* Plutarch. Quaest. Graec. III. 379. T. VIII. *τίς ἡ παρὰ Σόλοις ὑπεκκαύστρια; τὴν τῆς Ἀθηνᾶς ἱέρειαν οὕτω καλοῦσιν, ὅτι ποιεῖταί τινας θυσίας καὶ ἱερουργίας ἀποτροπαίους.* Liv. XLV. 5." Plutarchi locum uberius commentatus est Wernsdorfius in programm. acad. Ad Plut. Q. Gr. Com. I. Helmstadii 1795, p. 44—7. Lobeckii vero cautionem, quae inest in verbis *si modo haec de Cabiris Samothraciis valent*, iam egregie illi tituli comprobant. Eiusdem radicis, cuius *κόης*, est *θυοσκόος* et *θυοσκέω*, v. Aeschyl. Agamemn. 86. cum Blomfield. glossar. Hesych. s. v. cum notis interpretum. Apollonius lex. Hom. male interpretatus est *ὁ διὰ τῶν θυμάτων ἢ θυμιαμάτων κοῶν ὅ ἐστι συνιεὶς τὰ μέλλοντα*, Iliad. XXIV. 221. *ἢ οἳ μάντιές εἰσι θυοσκόοι ἢ ἱερῆες.* Confer etiam Welckerum Append. ad Schwenckii Etym. mythol. Andeut. p. 305. Trilog. Aeschyl. p. 220.

Προφήτης denique qui dicitur idem homo in titulis n. 2880. n. 2881 intelligendus videtur eodem modo quo

προφήτης apud Aegyptios *sacerdos summus* appellatur, v. Boettiger. kl. deutsche Schrift. II. 218. Stephani Thesaur. vol. I. p. CLXXVII Londin.

§. 61. Sunt aliae praeterea dignitates, quas tantum ex titulis cognovimus. Hoc loco Schilleri poetae immortalis doctrinae suppetias ferre in animo mihi est. Graece illum non admodum doctum fuisse, attamen optime quae essent ingenii Graecorum virtutes, quae artium litterarumque Graeciae summa, perspectum habuisse, luculenter multa eius carmina docent. In levioribus interdum erravit, vide c. c. quae Iacobus in Quaestionibus Epicis p. 188 docte disputavit. Eodem modo quod in Vadimonio Dionysium tyrannum plus semel *regem* appellavit, non fecit ex historiae fide nec Boettigero puto auctore, quem in Graecis saepius a poeta adhibitum esse scimus (cf. Briefwechsel zw. Schill. u. Goethe III. 135. 254. 268). *Regem* enim a quoquam dictum esse Dionysium aut eo nomine illum ipsum se nuncupavisse, adhuc erat incognitum, ea certe aetate qua Schillerus poema suum composuit. Hodie vero ab Atheniensibus tali honore tyrannuum affectum fuisse veri est simile. Nimirum in inscriptione Athenis reperta n. 85. b. 14. C. I. v. I. p. 897. b. ex probabili Boeckhii restitutione legitur *ἐπαινέσαι μὲν Διονύσιον τὸν Σικελίας βασιλέα καὶ τοὺς υἱεῖς τοὺς Διονυσίου Διονύσιον καὶ Ἑρμόκριτον* (*ΔΙΟΝΥΣΙΟΝΕΟ.ΣΙ ΚΕΛ...||ΑΚ..ΤΟΥΣΥΕ.Σ*). „Dionysius“ v. 14. ille annotavit „fuit *rex Siciliae* dictus, quod mihi novum. Hiero quidem Gelonis f[rater] non ausus est se regem Syracusarum dicere (v. n. 16). *Ἡγεμόν]α* scribi nolim“. Sed Gelon regis nomine ornatus est teste Diodoro Siculo X. 26. *τοσοῦτον ἀπεῖχε τοῦ μὴ τυχεῖν τιμωρίας ὡς τύ-*

ραννος, ὥστε μιᾷ φωνῇ πάντας ἀποκαλεῖν εὐεργέτην καὶ σωτῆρα καὶ βασιλέα, v. Wesseling. v. IV. 508 L. Dindorf. „Regis — titulo Gelonem fuisse conspicuum ostendunt et Syracusanorum numi in Parutae T. CXLIV et Dissert. VIII de Usu et Praestant. Num. p. 547. Illustr. Spanhemii“ (v. I. p. 546). Adde Eckhel. D. N. V. I. p. 250. a b. Atque ita iam in ipsum vatem convenit, quod olim afflatu prophetico incitatus cecinit ad Amicos „Könnte die Geschichte davon schweigen, Tausend Steine würden redend zeugen, Die man aus dem Schoss der Erde gräbt.“ Ceterum ex amicis, qui in Vadimonio praedicantur, unum non nominavit Schillerus; *Damonem* dicunt scriptores veteres, unus Hyginus *Selinuntium*. Alterius nomen in carmine est *Moerus* ex Hygino petitum, v. Balladen und Romanzen der Deutschen Dichter Bürger, Stollberg und Schiller. Erläutert von F. W. V. Schmidt p. 225 sqq. Complures male *Pythiam* appellaverunt quum deberent *Phintiam*. A quo nomine ductum *Φιντιάδης* potest legendum videri ap. Demosth. adv. Lacritum §. 20. p. 909 Reisk. Ibi editur *Φιλτιάδης Κτησίου Ξυπεταιών*.

§. 62. Inscriptio Boeotica, quam Boeckhius v. I. p. 746. n. 1569. c. edidit, adeo est et detruncata a dextra parte et corrupta, ut certo restitui in integrum nequeat; agrorum tamen in ea divisionem et fines contineri patet, qualis argumenti aliquot habemus titulos v. n. 1534. p. 708. a. n. 1711. n. 1840. n. 2905. inscript. ap. Mazoch. in Tabul. Heracl. p. 145 sqq. Ego quum unum certe alterumve locum rectius quam priores intelligere mihi videar, coniecturas meas, licet parum ad summam tituli redintegrandam faciant, proferre non dubito.

V. 4. *ΕΝΤΑΝΠΡΟΒΑΣΙΑΝΚΗΠΡΟΒΑΣΙΗ*

V. 14. *ΤΑΣΠΡΟΒΑΣΙΑΣΚΗΤΑΣΠΟΡΠΟΥΛΙΑΔΟΣ*

V. 16. *ΤΥΧΩΜΑΤΙΤΑΣΠΡΟΒΑΣΙΑΣ*

ex Boeckhii interpretatione sunt:

V. 4. *ἐν τὰν προβασίαν, κῆ προβασίη*

V. 14. *τᾶς προβασίας κὴ τᾶς πορπουλίαδος*

V. 16. *τῦ χώματι τᾶς προβασίας.*

Editori *προβασία* idem videbatur quod *προβατεία pascuum.* Tu confer v. 5. *ἐν τὰν ἐπὶ Λεβάδειαν* (*ὁδόν*) et v. 18. *ὁδὸν τὰν ἐπὶ Λεβάδειαν* et iam lege Theophrastum Histor. Plant. IV. 11. 8. Tom. I. p. 157 Schneider. *Φύεται δὲ πλεῖστος* (*κάλαμος*) *μὲν μεταξὺ τοῦ Κηφισοῦ καὶ τοῦ Μέλανος· οὗτος δὲ ὁ τόπος προσαγορεύεται Πελεκανία· τούτου δ' ἔστιν ἄττα Χύτροι καλούμενα βαθύσματα τῆς λίμνης, ἐν οἷς κάλλιστόν φασι γίνεσθαι. γίνεσθαι δὲ καὶ οὗ ἡ Προβατία καλουμένη καταφέρεται· τοῦτο δ' ἐστὶ ποταμὸς ῥέων ἐκ Λεβαδίας. Κάλλιστος δὲ δοκεῖ πάντων γίνεσθαι περὶ τὴν Ὀξεῖαν καλουμένην Καμπήν· ὁ δὲ τόπος οὗτός ἐστιν ἐμβολὴ τοῦ Κηφισοῦ. Γειτνιᾷ δ' αὐτῷ πεδίον εὔγειον, ὃ προσαγορεύουσιν Ἱππίαν. Πρόσβορρος δὲ τόπος ἄλλος τῆς τε Ὀξείας Καμπῆς ἐστιν, ὃν καλοῦσι Βοηδρίαν· φύεσθαι δέ φασι καὶ κατὰ ταύτην εὐγενῆ τὸν κάλαμον.* Ad haec Schneider T. III. p. 369. Pletho: *περὶ τὴν ὀξεῖαν Καμπὴν ἥ ἐστι συμβολὴ τοῦ τε Κηφισοῦ καὶ προβατίου ποταμοῦ τοῦ ἀπὸ Λεβαδείας ῥέοντος.* Hunc igitur *ovium* fluvium vel rivum in illa inscriptione significari quivis concedet. Cursus autem fluvii qui antiquitus fuerit ex eius quae nunc est Boeotiae condicione ac statu accurate definire, id vero videtur difficilius esse,

praesertim quum in dies a peregrinatoribus magis edoceamur, tenuem esse et incertam multis partibus quam habemus hodiernae Graeciae cum vetere collatae cognitionem geographicam. Qua de causa satis habeo verba scriptorum attulisse recentiorum qui Probasiae mentionem fecerunt.

§. 63. Ex iis O. Mueller, cuius delineationem adhibe vallium Cephisi et Asopi libro qui est de Orchomeno adiunctam, in Erschii et Gruberi Encyclop. v. Boeotia v. XI. 253 ita disseruit: „Der Kephissos nimmt ausser mehreren phokischen Flüsschen an der Grenze Boeotiens von der linken Seite den Assos, von der rechten weiterhin den Haemon, Molos und die Probatia auf (Orchom. 41. 46); seine Mündung hiess Oxeia Kampe; in ihrer Nähe war die mit hohem Gras bewachsne Rosstrift Hippias und die Sumpfgegend Pelekania (Theophr. IV. 11. 8. Plin. XVI. 66. Dodwell. I. 234.).“

Aliter Kruse statuit in Helladis T. II. I. 470. „Zuerst haben wir südlich des Ausflusses des Kephissos den Ausfluss der Probatia (des Schaafflusses), die nach Theophrast von Lebadeia herunter kommen soll. Pausanias nennt diesen Fluss, den er richtig zwischen dem Laphystiongebirge und dem Tempel der Itonischen Minerva ansetzt, Phalaros (IX. 34. 4. *ἐκ δὲ Λαφυστίου κατιόντι ἐς τῆς Ἰτωνίας Ἀθηνᾶς τὸ ἱερόν, ποταμός ἐστι Φαλαρὸς ἐς τὴν Κηφισίδα ἐκδιδοὺς λίμνην*). Diess ist der Fluss, den man nach Gell auf der directen Strasse von Orchomenos nach Koroneia längs der Küste des Orchomenischen See's vermittelst einer hohen und gefährlichen Brücke passirt. In diesen Fluss ergiessen sich mehrere Bäche, die vom Helikon herabkommen. Sie sind von Gell

auf mehrern Routen, von Libadeia nach Haliartos, von Caprena nach Libadeia und auf seinem Wege über den Helikon von Stiris nach Lebadeia bemerkt. Die wichtigsten Bäche dieser Art waren aber die wasserreiche Herkyna, die Lethe und die Mnemosyne, die ganz nahe bei Libadeia an der Höhle des Trophonius sich befinden. — Dieser Phalaros, durch die angegebnen Quellen verstärkt, fällt von Westen her in die kopaischen Sümpfe.“ Rursus alia Dodwelli fuit sententia, Klassische und topogr. Reise durch Griechenland, übersetzt v. Sickler I. 2. 16. „Theophrast nennt in seiner Beschreibung der orchomenischen Rohrstäbe einen Bach Probatia, der von Lebadeia herabfliesse. Wahrscheinlich ist dieses ein andrer Name für Hercyne.“

§. 64. In hac opinionum diversitate certum tamen est fluvium vel rivum ab ovibus dictum fuisse, ut fortasse *Αἰγὸς ποταμός* s. *ποταμοί* conferri possit; v. Kruseum II. 1. 515 „Die Schaafe sind in der Gegend des Copais am Einflusse des Cephissus bald schwarz, so dass es nach Dodwell fast eben so viele weisse als schwarze giebt. Daher entsprang ohne Zweifel die von Plinius mitgetheilte Fabel, dass der Melasfluss bei Orchomenos die Schaafe schwarz, der Cephissos dieselben weiss färbe (Plin. N. H. II. 103). Eine Menge Schaafe, deren Vliesse ausserordentlich schwarz waren, traf Sibthorp auch in der Thebanischen Ebene. — Die Schaafe fand er bei Weitem vorzüglicher als in Attica. Auch auf dem Ptoongebirge, auf dem Helikon und bei Tanagra an der Ostküste des Landes werden Schaafherden erwähnt.“ Cf. C. I. n. 1569. a. III. 39. Ad verba *ἐν τὰν Προβασίαν* v. 4. vid. v. 5. *ἐν τὰν ἐπὶ Λεβάδειαν*. 6. *ὅδν ἐν τὸν ἄετον*. 7. *ὅδν ἐν*

τὸν ὅρον. 8. *ἐν τὸν ἄετον*. 10. *ἐν τὸν ὅρον*. 15. *ἐν τὸ μέσον*. n. 1571. 13. 23 *ἐν τὸν θησαυρόν* p. 755. b. n. 1688. 5 *ἐν δύνασιν* p. 808. b. Hartung. Ueber die Casus p. 157.

Restat aliud nomen idque apellativum, quod melius nisi fallor perspexi. Etenim v. 8. haec habentur:

ΤΙΜΟΛΑΔΕΥΤΕΡΟΝΤΟΝΟ

v. 12. *ΤΛΙΛΚΤ'.ΤΩΝΤΟΜΟΓΕΜΙΕΝ*

v. 17. *ΤΙΜΛΙΕΥΛΟΜΟΝΤΟΜΟΝΕΜΕΝΛΙ.*

Ea ita restituit Boeckhius

v. 8. *Τιμόλα· δεύτερον τόμον εἶμεν*

v. 12. — *τρίτον τόμον εἶμεν*

v. 17. — *ἕβδομον τόμον εἶμεν*

Sed illud *Τιμόλα*, praecedit autem *ἐν τὸν ἄετον*, quid significet ipse editor non dixit. Cogites de possessore agri. Tamen non credo ita illas litteras emendandas esse. Potius qui animadvertit, elementa sibi admodum similia, id quod ex mea ponendi ratione facile apparet, praecedere singulis locis novam agri per *τόμον* divisionem, is non invitus sibi persuadebit, eandem eorum tribus quibus servata sunt locis vim fuisse. Hoc ut certissimum puto, ita minus coniecturae meae confido, ex qua legendum *τιμά* vel *τίμα* (ut v. 1. *ἄρχα*) adiuncto drachmarum numero, quo *τόμων* singulorum pretium indicetur. Absolutus quidem nominativus nihil habet in quo offendas, v. n. 1570. b. 7. *Ἀπολλώνιος φιάλην, ὁλκή*, et sic v. 8. 9. 10. 11. Nec est improbabile, agrorum pretia eorum divisioni addita fuisse. Qualia haec fuerint non exputo, de Atticis egit Boeckhius Oec. Civ. Ath. I. 67 sq. C. I. I. p. 257. a.

§. 65. Titulo n. 1689 fragmentum habetur decretorum Amphictyonicorum. Eorum alterius v. 10. haec supersunt:

ΠΟΣΙΝΟΠΟΣΑΝΠΟΥΣΙΑΤΟΙΛΙΝΥΣΟΙ
ΙΝΟΝΤΟΝΤΕΧΝΙΤΟΝΤΩΝΕΙΣΙΣΜ.Ν
ΥΣΙΕΡΟΜΝΗΜΟΝΑΣΟΙΑΝΟΣΙΝΕΝΤΟ
ΑΜΕΙΟΙΕΝΘΙΠΒΑΙΣΥΙΠΕΡΤΟΥ
ΟΙΝΟΝΤΟΝΤΕ.ΙΤΟΝ

V. 10. Boeckhius scripsit *Ἔδοξε τοῖς Ἀμφικτυ]όσιν· ὅπως ἂν ἡ θυσία τῷ Διονύσῳ.* Certa sunt posteriora. Prius fortasse ita debet restitui: *Ἔδοξε τοῖς ἱερομνήμ]οσιν* (v. n. 1689. b. 6. *ἔδοξε τοῖς ἱερομνήμοσι καὶ τοῖς ἀγορατροῖς*), quum de sacris Dionyso constituendis (cf. n. 2144. n. 82.) agatur, qualis cura Hieromnemonum erat propria, v. Tittmann. Ueber den Bund der Amphict. p. 83 sqq. p. 104 sqq. V. 12. *τοὺς ἱερομνήμονας, οἳ ἂν ὦσιν ἐν τῷ* [*ἐνιαυτῷ* an *τέλει?* V. 11. legimus haec: *οἶνον τῶν τεχνιτῶν τῶν εἰς Ἰσμήνιον* et v. 14. iterum *οἶνον, τόν τε σῖτον*, in quibus vox ultima Niebuhrio debetur. Talium rerum commemorationem per se quidem non debere miram videri in Amphictyonum decreto vel titulus n. 1688. 14. docet, ubi in eorum lege est: *τὸν φόρον καὶ τὰ ἱερήϊα ἀθρόα συναγόντων, τοὺς ὄνους,* quorum verborum interpretationem habes p. 809. a. Et vinum quidem multis modis aptissime Baccho et scenicis artificibus conveniens fingi apud animum potest, v. n. 2144. 10. Nihilominus malo scribere v. 10. *τὸ κ]οινὸν τῶν τεχνιτῶν τῶν εἰς Ἰσμήνιον* [*συντελούντων* et v. 14. *τὸ κοινὸν τῶν τεχνιτῶν.* Ibi quod unius tantum litterae capax annotata est lacuna (*ΤΕ.ΙΤΟΝ*),

non id me sollicitum tenet de coniectura mea. Nam apographa huius tituli Dodwellianum et Koehlerianum non esse certissimae fidei complura exempla monstrant. Ita utrumque v. 10. praebet *ΔΙΝΥΣΟΙ* pro *ΔΙΟΝΥΣΩΙ*, quem turpem errorem non lapicidae tribuerim, sed videntur multa, quum litterae in marmore corrosae essent, a transcribentibus certo legi iam non potuisse. Tum factam *Ismenii* mentionem (Pausan. IX. 10. 5. *πῦρ ἐτόλμησεν ἐς τὸ τέμενος ἐνεῖναι τοῦ Ἀπόλλωνος — τοῦτο οὖν καλοῦσιν Ἰσμήνιον — κτλ.*) comprobavit Boeckhius allato Pindari carmine Pythio XI. ab in.

Κάδμου κόραι, Σεμέλα μὲν Ὀλυμπιάδων ἀγυιᾶτις,
Ἰνώ τε Λευκοθέα ποντιᾶν ὁμοθάλαμε Νηρηΐδων,
Ἴτε σὺν Ἡρακλέος ἀριστογόνῳ
Ματρὶ παρ Μελίαν χρυσέων ἐς ἄδυτον τριπόδων
Θησαυρόν, ὃν περίαλλ' ἐτίμασε Λοξίας,
Ἰσμήνιον δ' ὀνύμαξεν, ἀλαθέα μαντίων θῶκον.

Quod autem proposui *τῶν εἰς Ἰσμήνιον συντελούντων*, scripsi ad similitudinem Plutarcheae dictionis Themist. c. I. *τῶν νόθων εἰς Κυνόσαργες συντελούντων*, Amatorio p. 750. F. c. IV. *Ἔρωτα θῆλυν καὶ νόθον ὥσπερ εἰς Κυνόσαργες* (ita debebat Winckelmannus scribere, non *κυν.*) *συντελοῦντα τὴν γυναικωνῖτιν*, Lycurgo c. VIII. 14. *τὴν εἰς τὸ ἄστυ τὴν Σπάρτην συντελοῦσαν* (*Λακωνικήν*), et notissimum est *τελεῖν εἰς —*.

Artifices cum Ismenio eiusque praeside Apolline eadem videntur ratione coniuncti fuisse, qua alias *οἱ περὶ τὸν Διόνυσον τεχνῖται* appellati cum Dionyso more fere *ἱεροδούλων*, ita ut certa iis sedes et statio fixa Ismenium esset, cui addicti erant. Contra qui histrionum grex peregre ad artem ostentandam et quaestum exercendum proficisci solebat et per Graeciae Asiaeque urbes migrare,

σύνοδος περιπολιστική (v. n. 349.) dicebatur, „une troupe ambulante“ ut cum Ruhnkenio loquar Opusc. p. 465. Friedem.

Eos homines, sive certae essent regioni adscripti sive nulli singillatim, sodalitia (κοινά, συνόδους) constituisse et cum aerario (v. 13 ταμείῳ ἐν Θήβαις λογιστήν — v. Boeckh. ad n. 2741. v. II. p. 497.) habuisse et γραμματέα (n. 2619. 5.) et ἱερέα ex inscriptionibus intelligitur, nec rara illorum commemoratio apud scriptores. Vide Boettiger. Opusc. p. 238 — 9 not. Sillig. Grysar de Graecorum tragoedia et aliis locis et p. 28. Iacobs. ad Aelian. Hist. Anim v. II. p. 390. Osann. Syll. p. 205 p. 235. coll. p. 576. p. 354. Boeckh. ad n. 349. vol. I. p. 417. a. b. n. 1600. p. 778. b. n. 2619. n. 2741. v. II. p. 497. b. n. 2933. v. II. p. 589. b. n. 3067 — 71 v. II. p. 657. a. sqq.

§. 66. In titulo n. 3139. 16 ubi haec exstant:

ΙΟΣΟΙΚΕΙΟΥ.ΟΨΑΣΑ

quum plagulis, quas tum Berolini versans corrigebam, ego adscripsissem νομίσματ]ος οἰκείου [κ]όψας vel κ]όψασ[α? Boeckhius dignam habuit hanc suspicionem, quam meo nomine addito in opere suo commemoraret v. II. p. 701. a. De pecunia ut cogitarem, monuerat me illud v. 5. ΟΨΑΣΑ et quod v. 5 videtur superesse λιτρ — Νόμισμα οἰκεῖον idem fere est quod νόμισμα ἡμεδαπόν n. 76. 4.

Maxima autem laetitia me perfusum fuisse, quum a praeceptore dilectissimo ita me ornatum viderem, non est quod celem. Atque idem dictum volo de Godofredo Hermanno altero praeceptore, qui eundem honorem, ut

benevole mei mentionem aliquoties faceret, in nupera Helenae Euripideae editione nitidissima mihi habuit. Neque vero hoc captandae gloriolae causa commemoro, sed ut locos duos ex ea quam dixi Euripidis fabula novo modo corrigam.

Ibi v. 301 haec sunt Helenae verba de ratione deliberantis, qua convenienter vitae tristissimae finem imponat:

σφαγαὶ δ' ἔχουσιν εὐγενές τι καὶ καλόν,
σμικρὸν δ' ὁ καιρὸς ἄρτ' ἀπαλλάξαι βίου·

Ita vitiosa elisione cum codicibus et veter. edit. Pflugkius edidit; G. Dindorfius κάρτα. Ego ante octo annos suspicatus eram ἄρθρα, Hermannus maluit σάρκα. Fortasse praestat κρᾶτα coll. Sophocle Trachin. v. 1015. ἀπαράξαι κρᾶτα βίου.

V. 441 (460) Menelaus vetulam, quae eum ab introitu in aedes regias prohibet, ita alloquitur:

ὦ γραῦ ταῦτα πάντ' ἔπη καλῶς λέγεις.
ἕξεστι· πείσομαι γάρ· ἀλλ' ἄνες λόγον.

Ad haec illa:

ἄπελθ'· ἐμοὶ γὰρ τοῦτο προσκεῖται, ξένε,
μηδένα πελάζειν τοισίδ' Ἑλλήνων δόμοις.

Verborum ἄνες λόγον interpretationem Pflugkianam *sermonis fac copiam* recte meo iudicio Hermannus improbavit. Idem legendum esse coniecit ἀλλ' ἄνες μόνον, aptissime quidem ad sensum, modo ne sub nomine λόγον aliud quid lateat reconditius. Mihi in mentem venit poetam scribere et potuisse et fortasse etiam scripsisse ἀλλ' ἄνες μόχλον, id ut Homerico ἄνεσαν πύλας Iliad. XXI. 537. respondeat.

Iam vero quae repelli apud Euripidem iussi repagula, iis ut meum ipsius scribendi impetum praecludam et alia monent et novi semestris scholastici initium. Quare hoc unum superest, ut eos qui has schedulas legerunt, rogem memores sint sententiae Horatianae Epist. I. 6. 67. et mihi studiisque meis faveant.

ADDENDA ET CORRIGENDA.

Pag. 7. Commemorari poterat insuper nomen *Κρόνος*, de quo v. Suid. *Κρονίων ὄζειν* et Strabon. XIV. 2. III. 204 Tauchn. — *ὁ διαλεκτικὸς Διόδωρος, ὁ Κρόνος προσαγορευθείς, κατ' ἀρχὰς μὲν ψευδῶς. Ἀπολλώνιος γὰρ ἐκαλεῖτο ὁ Κρόνος, ὁ ἐπιστατήσας ἐκείνου· μετήνεγκαν δ' ἐπ' αὐτὸν διὰ τὴν ἀδοξίαν τοῦ κατ' ἀλήθειαν Κρόνου.*

– 17. 3. scr. *stirpis* et dele comma.

– 18. 27. scr. *ἐξωγκώσατο.*

– 24. 16. adde: *Ἄρευς* acol. pro *Ἄρης* ap. Plutarch. Agid. III ubi cf. Schoemann. p. 5.

– 30. 11. Eodem refero nomen *Μανδροκλείδας*, de quo egit Schoemann. l. l. p. 7.

– 43. 10. scr. *ἐν παρόδῳ*

– 55. 9. scr. *euphoniae*

– 64. 11. scr. *Ἀτηνεύς.*

– 65. 6. scr. *Πανταλέων* et *Παντολέων*

– 66. 23. scr. Lycurgi. 24. *Λυκούργου.*

– 71. 15. De *Risu* adde Schoemannum ad Cleomen. p. 200.

– 73. 6. scr. *ἵμερος.*

– 77. 17. scr. *Κλεοπομπίδας.*

– 78. 12. scr. *Χολ]λεῖδαι.*

– 86. 10. Adde Iacob. Grimm. deutsche Mythol. p. 663. adn. „heldenname der glücklichsten vorbedeutung war — das ahd. Wolfhraban (später Wolfram), dem beide thiere sieg weissagen; hervorhebe ich auch, dass kein andres thier mit gang zusammengefügt wird als der wolf: Wolfgang bezeichnet einen helden, dem der wolf des siegs vorangeht.“

– 93. 16. l. Demosthenem.

– 101. 19. De loco Senecae praeter allata Fickertus haec fere mecum communicavit: codex Ambrosian. A. saec. IX litt. Langobard. scriptus exhibet *arcospagos*; Ambros. D. saec. XIV. *ariospagos*; cod. E. saec. XIII. *arispagos*; editiones duae antiquissimae *arnophagos*; Erasmus primus dedit *ariopagos*, incertum utrum de suo an ex codice petitum. Idem postea editores ad unum omnes tenuerunt.

– 101. ib. scr. supellectile. Haec et si quae sunt alia typothetae menda me invito relicta excusabit lector eo magis, quod ego plagulas a prelo recentes perlustrare non potui.

INDEX.

Α.

Ἀγάθαρχος s. Ἀρχάγαθος 41.
Ἀγασίας 78.
Ἄγαυος 2.
Ἀγλαυφῶν 82.
Ἀγλαυρος et Ἄγραυλος 42.
Ἀγωνίς 104.
Ἀδριανὸς Ἡρακλῆς 12.
— Ὀλύμπιος 7.
Ἀθηνᾶ mulier 22.
Ἀθηναία — 22.
Ἀθήναιος 2.
Ἀθηναῖς 78.
Ἀθηνοι 33.
Athenienses superstitiosi 11.
— rei equestri student 34.
— πατρόθεν dicti 91.
Αἴαντες 54.
Αἰγιαλεύς 82.
Aeschylus fragm. 71. 73.
Alexander Magn. Ammonis fil. 9.
Ἀλκιβιάδης locus 31.
Ἀλκίδαμος 76.
Ἀλλήτιππος 44.
Ἀμαξάνιος 47.
Ἀμέψης 81.
Ἀμφικτίων et -ύων 42.
Ἀναξίδωρος 27.
Andranodorus 26.
Ἄνθιππος 44.
Ἀνταυδρος 84.
Antiochus IV θεός 9.
Ἀντιπατρος 44.
Ἀπολλάς 3.
Ἀπόλλων cognom. 12.
— homo 22.
— statua 32.
— conclave 31.
Ἀπολλωνικέτης 3.
Ἀπολλώς 3. 106.
Ἄρειος πάγος, Ἀρειόπαγος 100.
Ἄρης homo 24.
Ἄρη accus. et vocat. 33.
Ἀριδαῖος 85.
Ἄρισις 79.
Ἀρχάς 94.
Ἀρχίππα 42.
Ἀρμόνεικος s. -νικος 56.
Ἀρνιππος 43.
Ἀρτεμᾶς 3. 23.
Ἄρτεμις mulier 23.
Artifices scenici 10. 117.
Ἀρχέλαος locus 31.
Ἀρχεσίλαος 43.
Ἀσκληπιὸς νέος 10.
— homo 18.
Aspasia Ἥρα 8.
— Ὀμφάλη 10.
Ἀστύφιλος 84.
Ἀγθόνητος 78.
Ἀφροδείτη mulier 24.
Ἀφροδίτη cognom. 12.
Ἀφυσείων 87.
Ἀψηφίων 83.

Β.

Bagaeus 28.
Βάθιππος 47.
Βαθύλαος, Βάθυλλος 68.
Βαθυμῆδαι 53.
Βάκχις 79.
Βάκχος homo 24.
Βελιστίχη 28.
Βενδιδώρα -ος 6.
Βλίστιχις 28.
Boeotorum nomina 3. 28. 44. 91.
Βουζύγης 16. 30.
Βουκατία 98.
Βούριχος 87.
Βούτης 16. 30.
Βραχᾶς 84.

Γ.

Γέλλας 81.
Γέλων βασιλεύς 110.
Γέλως 71.
Genitiv. III. declin. in ου 82.

Δ.

Δαμακίων, Δαμανικίων 56.
Δεῖος 2. 76.
Δείφιλος 83.
Deorum lingua 15.
Dii Olympii 18.
Δεξίππα 105.
Δημήτηρ νέα 11.
Demetrius Poliorc. θεός 9. 22.
Δῆμος 94.
Δινδυμήνη 70.
Διονύσιος ὁ Χαλκοῦς 45.
Διονύσιος tyr. βασιλεύς 110.
Διονυσόδωρος 27.
Διονυσοκλῆς 27.
Διόνυσος homo 24.
Διόνυσος νέος 11.
Διόνυσος et Διονύσιος conf. 25.
Διονυτᾶς -τάς 3.
Δῖος 2.
Διόσκουροι νέοι 11.
Δίφιλος et Φίλος confusa 97.
— ap. Suid. 93.
Δυσκίνητος et Δυσνίκητος 41.

Ε.

E pro EI 105.
Ἕβρος 85.
Ἐκαλήνη 100.
Ἐκαλήσιον 99.
Ἑλλάνικος 55.
ἐν bocot. 114.
ἐπὶ in epitaph. 103.
Ἐπίνεικος 81.
Ἐπίτιμος 49.
Ἕρμαιος 2.
Ἑρμάϊχος 28.
Ἑρμῆς, Hermes homo 25.
Ἔρως 24. 73.
Ἑστραμμένος 107.
Ἐτέοκλος 94.
Ἐτεόφιλος 70.
Εὐάγης 61.
Εὐαίτης 61.
Εὐέτης 61.
Εὔθιππος 46.
Εὔιος 25.
Εὐπαλῖνος 85.
Euripides Helen. 301. 119.
— — 441. 119.
— Herc. Fur. 1295. 58.
Εὐρίππη 46.
Εὐριππίδης 46.
Εὐτύχιος 87. 61.
Εὐφάνης 83.
Εὔψηβος 46.
Εὐφρονίσκος 85.
Εὐφρώ 84.
Ἐφέσειοι 98.

Ζ.

Ζεὺς κάριος s. καραιός 7.
— Ἀγαμέμνων 13.
— Μενεκράτης 18.

Η.

Hegelochus 65.
Ἥλιος homo 25.
— conf. cum Ἠλεῖος 26.
Ἥνιππος 47.
Ἥρα cognom. 8. 12.
Ἡρακλείδης 55.
Ἡρακλῆς cognom. 12.
— homo 17.
Hercules 17.
Heroum nomina vulgo assumta 15.

Θ.

Θάνατος 71.
Themistoclis familia 92.
θεοί statuae 32.
Theocritus II. 70. 62.
Θευχαρίδας 62.
Thucydides V. 19. 58.
Θρασύλαος, -υλλος, -ύλος 68.
Θρασυμίδης 54.

Ι.

Ἴακχος 24.
ἱεραὶ ἐσθῆτες 9.
Ἵμερος 73.
Imperatores dii 9.
Inscriptiones
n. 2. 43.
n. 115. 61.
n. 141. 84. 106.
n. 164. 74. 84.
n. 166. 84.
n. 172. 43.
n. 187. 5. 75.
n. 189. 22.

Inscriptiones
n. 190. 76.
n. 193. 24.
n. 194. 83.
n. 195. 94.
n. 196. 24. 85.
n. 199. 70. 83.
n. 201. 62.
n. 203. 76. 96.
n. 205. 78. 88.
n. 206. 43.
n. 213. 45.
n. 265. 79.
n. 270. 83.
n. 276. 5.
n. 280. 82.
n. 284. 57.
n 286. 77.
n. 288. 82.
n. 289. 78.
n. 292. 85.
n. 293. 84.
n. 296. 88.
n. 299. 81.
n. 300. 24.
n. 301. 84. 86.
n. 303. 83.
n. 353. 44.
n. 357. 41.
n. 555. 64.
n. 657. 24.
n. 806. 88. 96.
n. 807. 50.
n. 921. 90.
n. 947. 45.
n. 952. 47.
n. 988. 29.
n. 1004. 77.
n. 1116. 84.
n. 1117. 84.
n. 1120. 77.
n. 1207. 68. 85.
n. 1208. 85.
n. 1209. 42. 90.
n. 1211. 85.
n. 1220. 28.
n. 1436. 23.
n. 1482. 85.
n. 1569. b. 44.
n. 1569. c. 111.
n. 1665. 17.
n. 1689. 116.
n. 2079. 27.
n. 2338. 29.

Inscriptiones
n. 2880—2. 107.
n. 3139. 118.
n. 3155. 58.
n. 3243. 87.
Ioves 7.
Ἰπομέδων 44.
Ἴσις νέα 11.
Isidis cultus 5. 6.
Ἰσμήνιον 117.
Ἰσόδωρος 5. 75.
Iunones 6.

K.

Κάϊκος 87.
Καιρίνιος 83.
Κάρπος 82.
Καταπυγοσύνη 8.
Κέλαδος 77.
Κέλμιος 77.
Κηφισός et compos. 75.
Κλαριεύς 3.
Κληνίππα 47.
κοίης s. *κόης* 108.
κοινὰ τῶν τεχνιτῶν 118.
Κόμμοδος Ἡρακλῆς 12.
Cotys Thrax 22.
Κούρης νέος 10.
Cratinus ap. Plutarch. 7. 8.
Κρεώφυλος 69.
Κτησίλεως 73.
κωτάρχης s. *κώταρχος* 108.

Λ.

Λάμια Ἀφροδίτη 8. 10.
Λάμφιλος et *Λάφιλος* 58.
Λεόνιππος 44.
Λεύχιππος 50.
Λητώ mulier 13. 24.
Λιβία Ἥρα 12.
Λιτυέρσης et *Λυτιέρσης* 42.
Locorum nomina cad. quae hominum 31.
Λυκομῆδαι 52.
Λυκομίδαι 52.
Λυκοῦργος θεός 9.
(C. I. n. 1362. 6.)
Λυσιάδης 88.

M.

Μαγαῖος 28.
Magnae matris cultus 4.

Μάκης 103.
Mars 24.
Μεγάβυζος 54.
Medicorum collegia 4.
Μελάνιππος 35.
Μελανίππη 35.
Μελάνιππος 39.
Νελάνωπος 40.
Μελήσιππος 45.
Μελιστίχη 28.
Μεναλίππος 36.
Μεναλίππη 36.
Menecrates medic. 18.
μητρόθεν qui dicti sint. 90.
Μητροφῶν 84.
Μιτυλήνη et *Μυτιλήνη* 42.
Mortales diis assimilati 21.
— dii facti novis nominib. 15.
Μούνυχος 87.
Μύλλος 78.

N.

Ναυσίθεος 74.
Νέβρος 85.
νέος θεός, novus 10. 11.
Νέρων Ἀπόλλων 12.
νεωτέρα θεός 11.
Νίκαι 72.
Nomina propria ab animalibus 86.
— a festis et mensib. 98.
— a fluviis 87.
— a participiis 105.
— a terris et urbib. 92.
— ab *Εὐ-* 59.
— — *Θευ-* 62.
— — *Ἰσι-* 5.
— — *Μητρο-* 4.
— — *Πυθο-* 29. 30.
— in *-αναζ* 88.
— — *-δωρας* 3. 26. 27.
— — *θοος, θόη* 74.
— — *ις* contracta 79.
— — *ιχος* 3.
— — *μανδρος* 30.
— cum *ἵππος* compos. 50.
— — uno *π* 43.
— disiuncta 102.
— mutata 3.
— pro appellat. habita 71.
— patrum signo notata 77.
Nominativus absolut. 115.
νόμισμα οἰκεῖον 118.
Νυφόδωρος 58.

Ξ.

Ξ duplex 105.
Ξύστος 84.

O.

Ὄλορος et *Ὄρολος* 42.
Ὀλυπικός 57.
Ὄμηρος 85.
Ὀρέστης 104.
Οὐσιάδης 87.

Π.

παγκληρία 73.
Παλλὰς mulier 22.
Πάνθηρος 85.
Παρθοῖδης 74.
Πανταχλῆς 62.
Πανταλέων 65.
παντάμορφος 65.
Παντάρκης 63.
Παντοκλῆς 64.
Παντολέων 65.
Πάραλος 15.
Πεδιεύς 68.
Πειθῖνος 105.
Πεντέλησιν 33.
Pericles *Ὀλύμπιος* 7.
Περίλαος s. *Πέριλλος* 56. 86.
Πλειστονίκη 29.
Πλήξιππος 45.
Plutarchus Alcibiad. 29. 68.
— Themist. 1. 102.
— — 5. 97.
— — 14. 68
— — 30. 70
— — 32. 74. 93.
— Theseo 14. 99.
— — 34. 87.
— Lycurg. 3. 66.
— — 4. 69.
— — 25. 71.
— Pericle 8. 72.
— — 36. 47.
— Solone 14. 100.
— Timoleont. 36. 73.
— — 43. 72.
Ποθονίκη 28.
Πόλεμος 72.
Πρεῖμος, Πρῖμος 86.
Προβασία 112.
προφήτης 109.

Πρῶτος 82.
Πυθιονίκης 29.
Πυθονίκη Ἀφροδίτη 12. 29.
Πύῤῥαιθος 78.

P.

Restutus 57.
ῥητιάριος 81.
Ῥητορικός 76.
Risus 71.

Σ.

Σ duplex 104.
Sacerdotalia 30. 54.
Σειληνός s. Σιληνός 18.
Serapidis cultus 6.
Servorum nomina 16. 98.
Σῆμος 94.
Σίνις 80.
Σκάμανδρος Κίμων 21.
Sophocles Oed. Col. 714. 35.
— fragm. 65.
Suidas v. Περικλῆς 15.
Sparta i. e. munus 96.
Stephan. Byz. Ἀτήνη 63.
Στησίλεως 74.
Στρατονικὶς Ἀφροδίτη 12.
Συμφέρων 85.
Σύμφορος 85.
συντελεῖν εἰς 117.
Συνφέρων 85.
Σύνφορος 85.
Schiller Vadimon. 110.
Σωκλῆς 53.
Σωστράτη 88.

T.

τετράχιον 57.
Τεῦκροι 54.
Τησίλεως 73.
Τιμῶναξ 88.
Τλήσιππος 45.

Y. V.

Ὕαλος 77.
Ὕλλος 77.
Vocativ. III. decl. in ῆ 33.
Voluptas 72.

Φ.

Φειδιππίδης 51.
Φερσεφόνη 103.
Festorum nomina plural. 99.
Φίλα Ἀφροδίτη 11. 12.
Φιλίδας 97.
Φιλόνεως 85.
Φιλτιάδης 111.
Φιντίας 111.
Φρασικρίδης 93.
Φρασικλῆς 93.
Φρεάριος 102.
Φυλλίδας 97.
Psotius lex. 45.

X.

Χαίριππος 49.
Χαίρων, Χάρων 17. 34. 49.
χαλκόπτης 57.
Χαρίλαος, Χάριλλος, Χαρίλος 56. 66.
Χάριππος 47.
Χαρμίδης 85.
Choregi bini 64.

LIPSIAE TYPIS POLZIANIS IMPRESSUM.

COLUMBIA UNIVERSITY
0032206780
WITHDRAWN